JO. HENRICI BERGERI, JCTI VITEMBERGENSIS, ... COMMENTATIO DE USU ACTIONUM, CUM REI...

Johann Heinrich : von Berger



JO. HENRICI BERGERI, JCti VITEMBERGENSIS, ET POTENTISS. POLON. REGIS IN SUMMO PROVOCATIONUM SENATU CONSILIARII,

COMMENTATIO

DE

VSV ACTIONVM,

CUM

REI PERSECUTORIARUM,

TUM

IN PRIMIS POENALIUM,



Cui adjectæ ſunt

I.

Duæ Orationes:

Quarum altera expenditur: ſciatne, an opinetur, JCtus? altera præceps juris addiſcendi ſtudium improbatur.

II.

Leges, ex utroque jure ſelectæ, & ſecundum ſeriem Inſtitutionum ac Pandectarum concinnatæ.

LIPSIÆ,

Sumptib. Hæred. FRIDERICI LANCKISII,

ANNO MDCCXXV.



Um in concinnando Actionis libello præcipua actoris cura collocetur: operæ pretium me facturum, puto, ſi quidem *Uſum Actionum* ſummatim & diſtincte, quemadmodum res poſtulat, oſtendam.

Diſtinxi *Actiones* in *rei perſecutorias* & *pœnales*: qua quidem ſententia, ex contextu liquet. Quod ad *rei perſecutorias*, earum partes, quæ ad ſubſtantiam pertinent, ſelegi, iisdemque formulas noſtro idiomate ſigillatim ſubjeci: ut ſtupidiſſimus quisque eas nulla difficultate ſectari poſſit. In *pœnalium* tractatione hujusmodi formulis abſtinui: ratus, eas exemplo formularum, quas parte priore de rei perſecutoriis exhibui, ab unoquoque facile ſuppleri poſſe.

In

In primis autem id operam dedi, ut *Usum Actionum pœnalium*, quem non pauci speciose negant, assererem pariter ac vindicarem. Publice interest, id fieri: cum, ut ingravescens morum malitia reprimatur; tum, ut solatium, lege constitutum, iis, qui ex alterius delicto se temere læsos esse, queruntur, permittatur. In qua quidem sententia me confirmant ipsamet collegia, maxime Saxonica, utpote quæ, quotiescunque, data occasione, jus dicunt, de eove respondent, subinde pro earundem actionum usu pronuntiare non dedignantur. Quanta vero ad firmandam fori consuetudinem responsis prudentum, rebusque judicatis, tribuenda sit auctoritas, ignorat nemo.

Tu hac qualicunque opera, & *Syllabo legum*, ex Jure selectarum, quo multi, nostra institutione, innutriti sunt, fruere, & de utroque benigne senti.

PARS

PARS PRIOR.

DE

VSV ACTIONVM REI PERSECVTORIARVM.



Caput I.

DE
JURE PERSONARUM.

I.

Ctionum duo ſunt in univerſum capita: JUS PERSONARUM ET JUS RERUM. *Jus perſonarum*, quod viciſſim ex *ſtatu* oritur, producit *actiones præjudiciales*, §. 13. *Inſt. de Action. L. ult. ſi ingen. eſſe dicetur.* Regula: quoties agitur de ſtatu Perſonæ, toties experiundum eſt actione præjudiciali. Hinc formula: alicui controverſiam ſtatus movere. Tot vero ſunt genera actionum præjudicialium, quot ſunt ſpecies *ſtatus*, a quibus etiam illæ actiones nomina ſua mutuantur. *Status* vero alius *Naturalis* eſt, alius *Legalis*.

Actionum fundamenta ſunt Jus perſonarum & Jus rerum. Illud producit AA. præjudiciales.

II.

Status *Naturalis*, qui a natura pendet, eſt 1.) ratione *humanitatis*, ubi quæritur, utrum homo ſit, an monſtrum. Ex hoc ſtatu oritur Actio præjudicialis de *ſtatu humanitatis*, cujus 1. fundamentum ponendum, ex parte Actoris, in ſtatu humanitatis: daß Kläger die weſentlichen Stücke eines Menſchen habe, ex parte vero Rei in negatione illius ſtatus: daß Beklagter Klägern dafür nicht erkennen, ſondern pro monſtro ausgeben wolle. 2. petitio ita concipienda eſt, ut Actor pro perfecto homine, atque adeo etiam ſucceſſionis capaci, declaretur: Daß Kläger vor einen vollkommenen Menſchen zu erklären, und folgends zur Succeſſion zuzulaſſen. *Uſum* habet hæc actio in capite ſucceſſionis & ſimilibus. Ceterum monendum eſt hoc loco diſcrimen inter oſtenta & monſtra, hæc contra formam humani generis,

Ex Statu I. Naturali oritur 1.) A. humanitatis.

Uſus.

Oſtenti & monſtri differentia.

ris, vel in totum, vel in parte substantiali, v. c. in capite, procreantur: illa sunt, in quibus natura peccat vel ratione vocis, puta, quod habeant vocem caninam, equinam, asininam, aut quantitatis, puta, quod habeant pedes caprinos, tres manus aut totidem pedes. Status *Naturalis* 2.) ratione *Sexus* est, ubi quæritur, mas sit, an fœmina. Ex hoc statu oritur actio praejudicialis *de Sexu masculino, vel fœminino*, cujus, v. c. de sexu masculino (1.) fundamentum constituendum, ex parte Actoris, in prærogativa sexus masculini: Daß bey Klägern die männliche Natur stärcker sey, und den Vorzug habe, ex parte vero Rei, in denegatione illius prærogativæ, daß Beklagter Klägern solchen Vorzug streitig mache; (2.) petitio sic concipienda est, ut Actor pro masculo, atque adeo, v. c. feudi capaci, declaretur: daß Kläger fürnehmlich vor eine Manns-Person zu erklähren, und folgends zur Lehns-Succession zuzulassen. *Usum* habet in hermaphrodito sive androgyno, *Germ.* Zwitter, quoties agitur de succeſſione feudi, jure primogenituræ vel senioratus, de officiis item virilibus, nuptiis, &c. Vulgo 4. traduntur genera hermaphroditorum: 1. ad agendum apti tantum, 2. ad patiendum tantum apti, 3. ad utrumque apti, 4. ad neutrum apti. At verius est, hermaphroditum in utroque sexu potentem non dari, quia fieri non posse videtur, ut unum idemque individuum sortiatur duplicem naturam, inter se diſſidentem respectu totius. Regula: quoties hermaphroditus in membro activo potior est, toties pro masculo: quoties in membro passivo, toties pro fœmina; quoties denique ad utrumque ineptus est, toties quoque pro fœmina habendus est. Nota, ad dijudicandam hanc rem inspectionem fieri debere per medicos, chirurgos & obstetrices. Carpz. *in Jurisprud. Eccles. Lib. 2. Def. 16.* Status *Naturalis* 3.) est ratione *integritatis mentis vel corporis*, ubi quæritur, utrum integræ mentis, ac perfecti corporis sit, nec ne? Ex hoc statu venit actio præjudicialis *de integritate mentis vel corporis*, cujus 1. fundamentum ponendum, ex parte Actoris, in integritate mentis vel corporis: Daß Kläger bey vollkommenem Verstande, oder Leibes-Constitution, ex parte vero Rei, in negatione ejusdem, daß Beklagter Klägern pro furioso, mente capto, aut surdo, mutuo, auszugeben sich unternommen; 2. petitio sic concipienda est: ut Actor pro homine sanæ & integræ mentis, aut perfecti corporis, declaretur: Daß Kläger vor einen Menschen, so vollkommenen Verstandes oder Leibes-Constitution, zu erklären, also auch v. c. zur Lehns-Succession zuzulassen. *Usum* habet præcipue in succeſſione Feudi, *1. Feud. 6. §. 2. 2. Feud. 36.* Nota, vitium

2.) *A. de Sexu.*

Usus.

Regula.

3.) *A. de integritate mentis vel corporis.*

Usus.

vitium animi vel corporis impedire successionem in feudo, non vero tollere semel acquisitam. Adde 1. actiones præjudiciales, quæ de statu Naturali competunt, accurate loquendo, *non veras* esse, sed *analogicas*, & magis dicendas *implorationes*. Ratio est, quia tendunt non ad præstationem debiti personalis, sed realis. Quo confert regula: quoties actio tendit ad præstationem debiti personalis, v. c. servitiorum, cohabitationis matrimonialis, toties, accurate & proprie loquendo, est præjudicialis. Quanquam etiam veræ actiones præjudiciales non ordinario semper modo, sed, officio Judicis summariter implorato, instituuntur. Immo actiones præjudiciales de statu Naturali per modum replicationis intentari possunt, sic v. c. quando agnatus instituit petitionem hereditatis, & reus ei opponit exceptionem inhabilitatis naturalis, actor hanc replicando elidere potest. Adde 2. actionum præjudicialium, quæ de statu Naturali competunt, alias esse *affirmativas*, alias *negativas*, *illa* pro asserendo statu; hæ vero ad impugnandum statum, competunt.

Quæ sit natura Act. ex statu Naturali competentium.

De earundem divisione.

III.

Sequitur *Status Legalis*, qui triplex est, vel ratione *Libertatis*, vel ratione *Civitatis*, vel denique ratione *Familiæ*. Status *Legalis* 1. ratione *libertatis* est, ubi quæritur, servus sit, an liber? Ex hoc statu oritur actio *liberalis*, eaque duplex, alia *directa*, alia *contraria*. Directæ fundamentum ponendum est, ex parte Actoris, in jure personarum, ex statu dominico, qui constituitur vel captivitate, vel nativitate: Daß Kläger Beklagten im jüngsten Türcken-Kriege nebenst andern Türcken gefangen bekommen, und ihn dergestalt zu seinem leibeigenen Knecht gemachet, oder: Daß Beklagter von Klägers leibeigenen Türckin in seinem Hause gebohren, also dadurch Klägern die Herren-Gewalt erlanget worden, ex parte vero Rei, in gestione pro libero: Daß Beklagter sich unterfangen, aus Klägers Diensten zu lauffen, und zur Ungebühr vor einen freyen Menschen auszugeben; deinde petitio sic concipienda est, ut Reus pro servo declaretur, & ad præstanda debita servitia adigatur, daß Beklagter vor Klägers Leib-eigenen Knecht zu achten, und dahero zu Fortstellung derer dergleichen Knecht obliegenden Dienste anzuhalten. Neque vero necesse est, ut in fundamento, ex parte Actoris, *titulus dominicæ potestatis*, puta, captivitas vel nativitas, exprimatur, sed sufficit, allegari statum dominicum, daß Klägern die Herren-Gewalt auf Beklagtens Person zustehe, *arg. L. 3. §. 4. de acquirend. vel amitt. possess.* Quanquam utile

Status II. Legalis est triplex. 1.) Libertatis, unde A. liberalis, Directa.

An mentio tituli sit necessaria?

An sit utilis? *utile* est, ipsum etiam titulum exprimi, ne actor, si illum probare non valeat, reo absoluto, prohibeatur, quo minus ex alia caussa denuo experiri possit, *arg. L. 11. §. 1. de except. rei judic.* Hinc cautela: ut actor in actione, sive praejudiciali sive reali, in libello *caussam remotam* commemoret, quo deinceps, si propter defectum probationis reus absolvatur, adversus eum denuo ex altera caussa experiri valeat. Neque enim tum exceptio rei judicatae obstat, propter diversitatem caussae remotae. Ceterum competit haec actio etiam usufructuario, itemque creditori pignoratitio. Sequitur actio liberalis *contraria*, inde dicta, quia datur contra servitutem, exemplo actionis negatoria, *L. 8. pr. si servit. vindic.* cujus fundamentum ponendum est, ex parte Actoris, in jure Personarum, ex statu libertatis, daß Kläger von freyen Eltern gebohren worden, ex parte vero rei, in tractatione servili, daß Beklagter Klägern dennoch zur Ungebühr vor einen Knecht zu halten sich angemasset; deinde petitio sic concipienda est, ut actor pro libero declaretur, daß Kläger vor eine freye Person auszusprechen, und dahero Beklagter, ihn mit fernern Diensten zu verschonen, schuldig.

Cautela.

Quibus haec A. competat?

Contraria.

IV.

Act. liberales utiles sunt duae. 1.) Civilis. 2.) Canonica s. Monachialis.

Huc pertinent *actiones liberales utiles*, i. e. ex interpretatione receptae: altera *Civilis*, quae inter dominos & rusticos, die Fröhner, competit, ob operarum personalium praestationem, & itidem est vel *directa* vel *contraria*: altera *Canonica*, alias Monachialis dicta, quae datur inter Abbatem & Monachum, Abbatissam & Monialem, & pariter est vel *directa*, vel *contraria*. Directae fundamentum ex parte Actoris, est Jus personarum ex statu dominico analogico, puta, jus obedientiae, ratione religionis debitae: Daß Beklagter sich in das Kloster begeben, daselbst nicht allein seinen annum probationis ausgestanden, sondern auch sich in Gegenwart des gantzen Convents zu dem Orden wohlbedächtig bekennet, und desselben Reguln eine Zeitlang gemäß bezeuget, also Klägern hierdurch das jus obedientiae erwachsen: ex parte vero Rei, inobedientia, daß Beklagter sich gantz ungehorsam erwiesen, und gar aus dem Kloster entlauffen; deinde petitio, daß Beklagter, sich alsofort hinwieder in das Kloster zu begeben, und als ein Ordens-Bruder Klägern gebührenden Gehorsam zu leisten, schuldig. Contrariae fundamentum, ex parte Actoris, est status, a religione liber, daß Kläger eine weltliche Person und von dem Orden befreyet, ex parte vero Rei, invalida in monasterium receptio, sive ex capite aetatis, sive caussa potestatis patriae, daß Kläger in seiner

Directa.

Contraria.

ner Unmündigkeit, und also aus lauter Unverstand, oder in stehender väterlichen Gewalt, ohne des Vaters Wissen und Willen, in das Kloster aufgenommen worden; deinde petitio, ut actor liberetur professione invalida, daß Kläger vor Ordens-frey auszusprechen, demnach demselben, seines Gefallens, sich hinwieder weg zu begeben, zuzulassen. Nota, similem actionem competere *Primati* contra Archiepiscopos, *Archiepiscopo* contra Suffraganeum, *Archi-Diacono* contra Presbyterum, *Parocho* contra Capellanos. Sunt, qui *Feudalem actionem* addunt. At ea præjudicialis vix dicenda est, quia non descendit ex jure personarum, sed potius ex obligatione contractus feudalis. *Regula:* quoties facta personalia ob statum præstantur, toties actione præjudiciali; quoties autem ob contractum, v. c. locationis, feudalem, toties actione personali petuntur. *Affinia.* *An A. feudalis huc referenda sit?* *Regula.*

V.

Ad statum, ratione libertatis, spectat status *libertinitatis*; ubi quæritur, utrum quis libertus sit, an ingenuus. Ex hoc statu venit *actio libertinitatis*, quæ duplex est, alia *directa*, alia *contraria*. Directæ fundamentum ponendum, ex parte Actoris, in Jure Patronatus, daß Kläger vor einiger Zeit Beklagte Türckin, als seine Leib-eigene Magd, aus bewegenden Ursachen, frey gelassen, und dadurch das Jus Patronatus erlanget, auch sie in seinem Hause behalten; ex parte Rei, in gestione pro ingenua, daß Beklagte angeregtes jus Patronatus in Zweiffel zu ziehen, und fürnehmlich die gewöhnlichen operas zu verweigern, sich angemasset; deinde petitio sic concipienda, ut Actor pro Patrono declaretur, consequenter Reus ad præstationem obsequii & operarum adigatur, daß Beklagte Klägern vor ihren Patron zu erkennen, demnach demselben gebührenden Respect und Gehorsam nebenst denen Diensten zu leisten schuldig. Unde actio ista dicitur actio patronatus. Ubi observandum, jus patronatus consistere 1.) in *obsequio*, hinc liberto contra Patronum agendum est, omissa mentione doli, in factum temperatis verbis, *l. 11. §. 1. de dol. mal.* 2.) in *operis*, quæ sunt vel officiales, vel fabriles. Quanquam fabriles, sive artificiales, patrono non debentur, nisi promissæ sint, *L. 4. & 8. de operis libert.* Inde cautela domino manumittenti præcipienda est, ut curet, a servo manumittendo sibi operas promitti, alioqui nullas a liberto exigere poterit. Porro, quod ad actionem libertinitatis contrariam, fundamentum libelli ponendum, ex parte Actoris, in jure personarum, ex statu ingenuitatis: Daß Kläger von freyen Eltern gebohren, ex parte *A. libertinitatis.* *Directa.* *Contraria.*

parte Rei, in usurpatione: Daß Kläger von Beklagten de facto in der Dienstbarkeit gehalten, und nachfolgends daraus hinwieder loßgelassen worden, folgends Beklagter dadurch sich eines Juris Patronatus wider Klägern anzumassen, und unterschiedene operas von ihme zu fordern gemeynet; deinde petitio sic concipienda, ut Actor pro ingenuo declaretur, consequenter Reus ab exercitio Juris Patronatus desistere debeat: Daß Kläger vor einen Freygebohrnen zu erklären, demnach Beklagter des angemaßten Juris Patronatus gegen ihn sich gäntzlich zu enthalten, und insonderheit ihn mit denen angemutheten Diensten zu verschonen schuldig. Ad exemplum actionis libertinitatis directæ, competit utilis ex jure quasi patronatus ei, qui hominem proprium, aut rusticum, dimisit, contra dimissum, v. c. ad honoris debiti exhibitionem.

VI.

Ad Statum Legalem 2) pertinet Status Civitatis, unde A. Civitatis. Directa.

Statum libertatis excipit II. Status *Civitatis*, ex quo oritur *actio civitatis*, una *directa*, altera *contraria*. Directæ fundamentum constituendum, ex parte Actoris, in jure personarum, ex statu, sive Magistratus, eoque immediate tali, sive Concivitatis, daß Kläger Beklagtens unmittelbare Obrigkeit, oder Mit-Bürger sey, ex parte Rei, in recusatione onerum civilium, daß Beklagter der Wache, oder anderer bürgerlichen Beschwerungen, sich entbrochen; deinde petitio sic concipienda est, ut Reus ad præstanda debita civilia compellatur, daß Beklagter vor Klägers Bürger, oder Mit-Bürger, zu erklären, und dahero alle bürgerliche Beschwerungen zu tragen schuldig. Sunt, qui fundamentum hujus actionis, ex parte actoris, ponant in statu civitatis. Sed magis est, ut eam actionem e statu magistratus, vel concivitatis, repetamus. Quanquam enim is, qui ait: reum esse ejus civem, vel concivem, implicite simul indicet, se esse rei magistratum, aut concivem, quandoquidem ea relata sunt, quorum altero expresso, alterum tacite continetur: tamen interest, relata quoque inter se distingui, quum, formaliter loquendo, alius sit status magistratus, alius civis, alius denique concivis. Sed magistratus apud Romanos in civitatibus majoribus erant triplicis ordinis, Consules, Senatores & Tribuni plebis, quibus in minoribus respondebant Duumviri, Decuriones & Defensores civitatum. Quod ad actionem civitatis contrariam,

Contraria.

fundamentum libelli ponendum, ex parte Actoris, in jure personarum, ex statu Civitatis, in specie dicto: Daß Kläger das Bürger-Recht gewonnen, und dahero nebenst andern Bürgern alle bürgerliche Be-

schwe-

schwerungen trage, ex parte Rei, in turbatione exercitii Juris Civitatis: daß Beklagter Klägern das Exercitium solches erlangten Bürger-Rechts, v. c. insonderheit des Bierbrauens und Schenckens, zu verbiethen sich anmasset; deinde petitio sic concipienda est, ut Actor pro Cive declaretur, atque adeo ei liberum Juris Civitatis exercitium relinquatur: daß Kläger vor einen Bürger zu halten, demnach Beklagter ihn zu denen Bürgerlichen Nahrungen, insonderheit, v. c. zu dem Bierbrauen und Schencken, zuzulassen schuldig. Nota (1) utramque Actionem Civitatis esse vicissim duplicem, aliam *affirmativam*, aliam *negativam*. *Affirmativa* jam descripta est: *Negativa* autem, eaque directa, datur contra peregrinum, qui se pro cive gerit; contraria vero contra Magistratum, qui exemplum pro cive habet. (2) Regulam: quoties jus prohibendi & cogendi cerevisiarum ex Lege publica non competit Civitati; toties privatus jus coquendi vendendique ex libertate naturali exercere, jus vero prohibendi & cogendi præscriptione 30. annorum acquirere potest: quoties autem Civitati jus prohibendi & cogendi competit, toties privatus jus æque coquendi vendendique, ac prohibendi, & cogendi, tempore demum immemoriali, lege ita disponente, veluti Sax. Elect. acquirere potest. Compara Electa process. possessor. *th. 11. seqq.*

Divisio actionis Civitatis.

VII.

Superest *Status Familiæ*, idemque late dictus, secundum *L. 195. §. 2. & 4. de V. S.* qui duplex est, alius *conjugalis*, alius *cognationis*. Status *Conjugalis* est vel *sponsalitius*, vel *conjugalis in specie*. Ex sponsalitio oritur actio *matrimonialis*, cujus fundamentum ponendum, ex parte Actoris, in jure personarum ex statu sponsalitio, eoque perfecto, tali, qui præstruit sponsalia de præsenti & publica: Daß Klägerin mit Beklagten öffentlich verlobet, ex parte vero Rei, in recusatione consummationis matrimonii promissi, daß Beklagter solches Ehe-Verlöbniß mit Klägerin zu vollziehen, sich verweigere; deinde petitio sic concipienda est, ut Reus matrimonium promissum consummare cogatur, daß Beklagter die versprochene Ehe durch priesterliche Copulation mit Klägerin zu vollziehen schuldig. Ubi obiter monendum, (1) sponsalia de præsenti, Germanico idiomate, etiam exprimi per verbum VOLO: Ich will mich mit ihr verloben, eademque in dubio contracta, intelligi. (2) sponsalia publica, ex Germaniæ consvetudine, fieri coram duobus testibus debere, ita ut unus testis minus sufficiat, nec tum jurijurando suppletorio locus esse queat, secundum regu-

Ad Statum legalem 3.) refertur Status familiæ, qui est vel 1.) Conjugalis, hic iterum vel a) sponsalitius, unde A. matrimonialis.

Quid denotet verbum VOLO.

Quænam sponsalia in dubio intelligantur?

Quot testes requirantur. regulam: quoties duo testes requiruntur probationis causa, toties defectus alterius testis jurejurando producentis suppleri potest; quoties autem duo testes requiruntur solennitatis & ordinationis causa, toties non potest. Excipe 1. sponsalia liberorum. 2. sponsalia inter absentes, per epistolam, contracta. 3. sponsalia, quibus accessit concubitus. In his enim omnibus solennitas testium exulat, vid. Resol. Lauterbach. *tit. de sponsalib. p. 524.* Quin sponsalia, coram duobus testibus inita, per unum testem semiplene probari possunt, ad effectum jurisjurandi suppletorii. Nam aliud est sponsaliorum constitutio, aliud sponsaliorum, rite constitutorum, probatio: quæ duo genera non sunt

b) Conjugalis in sp. unde A. cohabitationis. confundenda. Ex statu *Conjugali, in specie,* venit actio *cohabitationis*, cujus fundamentum, ex parte Actoris, ponendum in jure personarum, ex statu matrimonii consummati: Daß Kläger mit Beklagtin die Ehe würcklich vollzogen, also desselben wahrhaffter Ehegatte sey, ex parte vero Rei, in recusatione cohabitationis, daß Beklagte Klägern ferner ehelich beyzuwohnen, sich verweigere; deinde petitio

AA. contra matrimoniales. sic concipienda est, ut Rea cohabitationem conjugalem continuare cogatur: Daß Beklagte Klägern ferner ehelich beyzuwohnen schuldig. Occasione status conjugalis competunt Actiones *contra-matrimoniales*, quarum alia inter sponsum & sponsam datur, quæ dicitur Actio *repudii*, & datur ex caussa justa, ratione animi, vel corporis, vel fortunæ, inita: alia inter conjuges, quæ vicissim est vel *annullatoria*, ex caussa impotentiæ, (eaque cum naturali, tum accidentali, v. c. quæ fit per fascinum, nec tantum absoluta, sed etiam respectiva) aut stupri, vel *dissolutoria*, & vicissim vel quod ad *vinculum*, ex caussa adulterii aut malitiosæ desertionis, vel quod ad *thorum & mensam*, ex caussa sævitiæ, quæ dicitur actio *separationis*. Quanquam in praxi, quod ad formulam pronunciandi, inter annullatoriam & dissolutoriam nullum est discrimen, quia utrobique pronunciari solet: daß die Ehe hinwieder aufzuheben und zu cassiren, quo confert regula: quoties impotentia alterutrius conjugis ante matrimonium contracta est, toties matrimonium dirimit; quoties autem post matrimonium accidit, toties non dirimit, nisi facto malitioso attracta sit, tunc enim alter habetur pro malitioso desertore, ita, ut adversus eum processus institui possit desertionis.

IIX.

2.) Status cognationis, unde? Statum Conjugalem excipit status *cognationis*, hujus vero species variæ sunt: 1.) Status *parentum* & *filiationis*, quorum alter constituitur

tur generatione activa, quæ 1. est vel immediata, vel mediata, puta, respectu avi. 2. vel vera vel ficta, puta, per adoptionem alter generatione passiva. Ex utroque veniunt actiones, *paterna* & *filialis*, quarum fundamentum, ex parte Actoris, ponendum est in jure personarum, ex statu, paterno aut materno, vel filiationis: Daß Kläger Beklagtens Vater oder Mutter, (beklagter Sohn oder Tochter:) ex parte vero Rei, in denegatione juris paterni aut materni, vel filiationis: daß Beklagter Klägern vor seinen Vater oder Mutter, (vor seinen Sohn oder Tochter) nicht erkennen und annehmen wolle; petitio vero sic concipienda, ut Actor pro patre, (filio &c.) declaretur, & Reus ad præstanda debita personalia compellatur, daß Kläger vor Beklagtens Vater, Mutter (Sohn) zu erklären, folgends Beklagter zu Leistung alles kindlichen Gehorsams anzuhalten, (oder Klägern nothwendigen Unterhalt zu verschaffen) schuldig. Cæterum hic observes, velim, 1.) prædictam doctrinam capiendam esse de actione paterna, & filiali, *affirmativa*, cui opponitur *negativa*, quæ, ex parte Actoris, fundata est in jure personarum, libero a statu paternitatis vel filiationis; ex parte autem Rei, in gestione pro filio vel parente. 2.) Actionem paternam affirmativam aliam esse *absolute*, aliam *certo respectu*, talem: altera datur contra filium, qui talem se omnino negat, altera vero adversus eum, qui se gerit pro emancipato: pari modo actio filialis negativa est vel *absolute*, vel *certo respectu* talis, quarum altera status paternus plane negatur, altera vero, ad statum filialem extra patriam potestatem asserendum, agitur. 3.) Speciem actionis filiationis affirmativæ, esse actionem de *partu agnoscendo*, quam alii alimentariam dicunt, eamque competere matri, æque ac partui, etiam extra-matrimoniali, contra patrem & avum, etiam naturalem, ad præstanda alimenta, usque dum partus se ipsum exhibere possit, *L. 3. §. 2. de agnosc. vel alend. liber.* In concursu duorum avorum, alterius paterni, alterius materni, prædicta actio datur contra paternum, Carpzov. *Jurisprud. Eccles. lib. 2. def. 243.* Ceterum alimenta hic intelligenda sunt futura, non præterita, quorum nomine filio, filiæve, nulla contra patrem competit actio. Enimvero matri quidem, aut alii, qui aluit interea, actio competit negotiorum gestorum adversus patrem, sed ea ad filium, filiamve, citra cessionem, aut titulum heredis, aliudve interesse, proferri nequit. Unde, cum hoc eodem *mense Aprili 1704.* in simili caussa, Acta Johannen Elisabeth Reinhardin contra Andreen Reinharden a Consistorio Hallensi ad Collegium Vitembergense transmitterentur, pronunciare

A. de paternitate vel filiatione.

A. de paternitate vel filiatione negativa.

Affirmativa est vel absolute vel certo respectu talis.

A. de partu agnoscendo.

nunciare libuit: Daß die Klage, inmassen sie anbracht, nicht statt hat. II. Status *Fraternitatis*, ex quo venit *actio fraternitatis*, eaque *affirmativa*; *Negativa* vero itidem duplex est: alia absolute, alia certo respectu talis. Illa fraternitas omnino, hac autem qualitas fraternitatis, v. c. quod frater sit Germanus, negatur. III. Status *Agnationis & Cognationis in specie*, quo etiam pertinet Status *primogenituræ*, & *Senioratus*, nec non *Nobilitatis*, ex quibus omnibus similes actiones proveniunt. Nota 1.) Jus Primogenituræ & Senioratus, sive Majoratus, in eo differre, quod illud ad descendentes solos, hoc vero etiam ad collaterales pertineat; deinde, in illo obtineat Jus repræsentationis, in hoc autem minus. 2) Jus Senioratus regulariter tantum competere Seniori agnato, dem Geschlechts Aeltisten, interdum tamen etiam cognato, quoties scilicet in testamento fundatoris facta est mentio der Freundschafft. 3.) Nobilitatem regulariter ex persona patris tantum æstimari, *arg. L. 8. de Senator. Nov. 150. cap. 2.* secundum regulam: quoties agitur de statu libertatis, toties liberi sequuntur matrem: quoties autem agitur de statu familiæ, toties liberi sequuntur patrem. *L. 19. de Statu hom.*

A. de Fraternitate.

A. agnationis.

CAPUT. II.

DE
JURE IN RE.

I.

AA non præjudiciales sunt vel reales vel personales.

Regula.



P Erspecto Jure Personarum, sequitur JUS RERUM, quod duplex est: aliud IN RE, ein dinglich Recht, aliud AD REM, eine Schuldfoderung. Ex jure in re oritur *Realis*, ex jure ad rem actio *Personalis*. Regulæ: quoties jus oritur ex promissione, vel delicto, toties dicitur Jus ad rem: quoties autem jus oritur ex traditione accedente, toties dicitur Jus in re. Sive: quoties quis alterum ex promissione, vel delicto, sibi obligatum habet, toties dicitur, habere jus ad rem: quoties autem res, ex promissione vel delicto debita, alicui traditur, toties is dicitur habere Jus in re, vid. *L. 15. C. de R. V.* *Juris in re*, ex sententia communiter recepta, *quinque sunt species*, (1) Dominium, (2) Servitus, (3) Pignus, *L. 13. §. 1. L. 19. pr. de damn. infect.* (4) Jus hæreditarium,

Species juris in re.

rium, *L. 1. § ult. si quadrupes, L. 6. pr. de religios.* denique (5.) Possessio *L. 5. §. 1. ad L. Jul. de vi publ. L. 5. C. de Liberal. caussa.* vid. Hahn. *de Jur. Rer. ubique Vindicia.* Ubi obiter monendum, alios statuere unam speciem, scil. dominium; alios, ut Ulricum Huberum, quatuor, repudiata possessione; alios denique, ut Gerh. Feltmannum, illis quinque speciebus adjicere ***Jus dotis***, vid. Resol. Lauterb. *tit. de Rer. divis. quaest. 1.*

II.

Prima species est *Dominium*, das Eigenthum, ex quo venit *actio Realis in specie.* *Dominium* vero vicissim aliud *Civile* est, aliud *Praetorium.* Nota, Dominium constitui variis modis, plerumque autem traditione, eaque non nuda, sed titulata sive caussali, h. e. vestita titulo sive caussa, ad transferendum dominium habili, in qua scil. id agitur, ut dominium deinceps, accedente traditione, transferatur, v. c. si vendatur, vel donetur. *L. 31. de A. R. D.* Quo facit regula: quoties res traditur ab eo, qui habet potestatem & voluntatem transferendi dominii, toties in accipientem dominium transfertur: quoties autem ab eo, qui nec potestatem, nec voluntatem habet, v. c. a furioso, vel voluntatem quidem, sed non potestatem, v. c. a pupillo sine tutoris auctoritate, vel denique potestatem quidem, sed non voluntatem, v. c. a deponente, commodante, toties dominium non transfertur. Dominium *Civile* est modo *plenum*, modo *minus plenum.* Nota 1.) dominium duas habere partes potestativas, *Proprietatem* & *Ususfructum*, quae regulariter concurrunt, & dominium plenum constituunt. Regula: quoties in Jure mentio fit dominii, toties in dubio dominium plenum intelligitur. Nota 2.) *Proprietatem* integram, sejuncto usufructu, primam dominii minus pleni speciem esse, & dici *dominium proprietatis, L. 17. quib. mod. ususfr. amitt.* Proprietatem vero imminutam, alteram esse dominii minus pleni speciem, & vocari *dominium directum*, das Ober-Eigenthum. Not. 3.) Ususfructum, cum particula aliqua proprietatis conjunctum, esse tertiam dominii minus pleni speciem, & vocari *dominium utile*, das untere oder nutzbare Eigenthum; ususfructum autem nudum, sive a proprietate separatum, constituere speciem servitutis personalis, & vocari die Frucht-Niessung.

1. Dominium est vel Civile vel Praetorium. Modus constituendi dominium.

Regula.

Civile est vel plenum, vel minus plenum. Partes dominii. Species Dominii minus pleni: 1.) dominium proprietatis. 2.) dominium directum. 3) dominium utile.

III.

Dominium *Civile plenum* est iterum, aliud *commune*, aliud *singulare.* Ex dominio communi oritur *Rei Vindicatio, L. 23. pr. de R. V.*

Plenum est vel commune, unde

 L. 4.

Rei Vindicatio directa. Fundamentum. L. 4. C. eodem. Ubi fundamentum in libello, ex parte Actoris, ponendum est in Dominio Civili pleno, eoque communi: Daß Klägern das vollständige Eigenthum (vel in genere, vel in specie, vermittelst eines gewissen Kauff-Contracts, und darauf erfolgten würcklichen Ubergabe) an dem geklagten Guthe zuständig; ex parte vero Rei, in possessione, daß Beklagter solches Gut in Besitz habe; Deinde petitio sic concipienda, ut Reus rem restituat cum omni caussa, i. e. das libellirte Guth, nebenst dem, was demselben mehr anhängig, i. e. fructibus & expensis, daß Beklagter das libellirte Guth, nebenst allen eingehobenen Nutzungen, Klägern abzutreten, so wohl die dißfals verursacheten Unkosten demselben zu entrichten schuldig.

Quo tempore adesse debeat dominium? Nota 1.) Dominium ex parte Actoris intelligi (1) tempore litis motæ jam acquisitum, *arg. L. 23. pr. de R. V.* (2) ad tempus ferendæ sententiæ continuatum, *L. 7. §. 7. ad Exhibend.* Quanquam Jure Canonico, & in Praxi, primum requisitum non attenditur. *Cap. 3. de Sentent. & re Judic. in 6to.*

Titulus ut exprimatur, necesse non est. 2.) Non necesse esse, ut caussa & titulus dominii in libello exprimatur, quod tenendum est contra Carpzovium *lib. 1. R. 76. n. 9.* Quanquam utile est, ut exprimatur, per ea, quæ dicta sunt, *cap. 1. th. 3.* Alia ratio est probationis, hæc enim fieri debet specifice, circa titulum & traditionem, (Jure Saxon. requiritur traditio Judicialis, quæ, cum raro fieri soleat, ideo paucis admodum emptoribus competit dominium, nisi completa usucapione) vel per Testes, vel per Instrumenta, vel denique per delationem Juramenti. Igitur cautela est: ut Actor in Libello Rei Vindicationis alleget titulum dominii, hoc enim est utilitatis, non necessitatis.

Reus sit possessor. 3.) Possessionem, ex parte Rei, intelligi cum veram, tum quasi, sive fictam, cujusmodi est in eo, qui possessionem, ante litem contestatam, dolo deseruerit, *L. 36. de R. V.* vel falsam asseruerit, *L. 25. 27. pr. cod.* Culpa, ne quidem lata, sufficit in b. f. possessore, *arg. L. 27. §. 3. L. 36. pr. dict. tit.* Huc pertinent (1) *Regula:* quoties verus possessor vult judicium pati, toties liberatur fictus, nisi petentis intersit, forte quod

De ficto possessore. verus possessor sit potentior, *L. 13. §. 14. de hæred. pet.* quoties verus possessor rem præstat, toties fictus liberatur: quoties fictus possessor condemnatur ad æstimationem rei, toties verus non liberatur, *d. L. 13. §. pen.* Ut propterea prius actio contra fictum possessorem sit instituenda, tum enim salva est altera contra verum. Ratio est, quia plus

plus est in re, quam æstimatione: qui rem habet, habere quidem æstimationem intelligitur, sed non, vice versa, qui æstimationem habet, statim ipsam rem habere intelligitur, fortassis propter interesse affectionis. (2) *Cautelæ* pro Actore 1.) Ut rem petitam, præsertim soli, non tantum a nomine, sed & a finibus & vicinis definiat, *L. 6. de R. V.* Compara Resol. Lauterbach. *h. t. pag. 134.* Hinc inepte libellus concipitur, v. c. petendo, seinen Antheil, it. so viel deren Beklagter besitze. 2.) Ut, quoties reus negat possessionem, toties actor, probato contrario, petat, possessionem in se transferri; sic enim fiet, ut Actor levetur ab onere probandi dominii, *L. ult. de R. V. Nov. 18. c. 10.* *Res petita determinanda est.* *Negans se possidere, possessionem amittit.*

4.) In puncto Rei Vindicationis fructus peti oportere, alias enim non decernuntur; sed, an deinceps denuo, separata actione, peti possunt? distingue, secundum regulam: quoties fructus & expensæ debentur ex conventione, toties seorsim denuo peti possunt: quoties autem officio Judicis debentur, toties omissi denuo peti non possunt. Carpz. *lib. 1. R. 79.* *Fructus petendi sunt. An omissi adhuc peti queant?*

IV.

Hactenus de Dominio communi. Sequitur *singulare*, quod ex speciali juris provisione datur, idque ob favorem, vel *personæ*, vel *caussæ*. Ob favorem *personæ* competit (1) Pupillo, & minori, in re, eorum pecunia, a tutore, curatoreve, comparata, *L. 2. ff. & C. quando ex fact. tut.* A tutore, vel curatore, inquam: secus, si ab Extraneo, secundum regulam: quoties res, pecunia pupilli, vel minoris, emitur a tutore, toties in re emta pupillo, & minori, acquiritur dominium singulare, *citt. LLbus.* quoties autem emitur a tertio, toties acquiritur pignus, *L. 7. pr. qui pot. in pign.* (2) Militi, in re, ejus pecunia comparata, *L. 8. C. de R. V.* (3) Ecclesiæ, vel Civitati, in re, ex pecunia ejus ab Administratore comparata, *L. 32. C. de Episc. & Cleric.* (4.) Uxori cum in re, propter nuptias donata, *L. 29. C. de jur. dot.* tum in re, ex pecunia ab uxore marito, qui solvendo non est, donata, comparata, *L. 55. de donat. inter Vir. & Uxor.* (5) Creditori, in re debita, solenniter deposita, *L. 19. in fin. C. de usur.* scil. quoties is pecuniam depositam verbaliter acceptat; nam si eam actu & revera acceptet & apprehendat, dominium commune acquirit. (6) Cessionario, cui rei Vindicatio est vel vendita, vel donata, nondum tamen cessa & tradita, *L. ult. C. de hæredit. vel act. vendit.* Ob favorem *caussæ* competit (1) in re, ob caussam donata, caussa non secuta, non quidem generatim, sed duobus casibus (*a*) mortis, *L. 30. de donat. m. c.* (*b*) alimentorum, *Dominium singulare datur ob favorem 1) Personæ.* *2) Caussæ.*

torum, *L. 1. C. de donat. quæ sub modo fiunt.* (2) In re, ob metum illatum tradita, *L. 9. §. 6. quod met. caus.* Ex hoc Dominio singulari descendit R. V. utilis, i. e. ex interpretatione recepta, quæ a speciebus illius dominii suas mutuatur appellationes.

Inde oritur R. V. utilis.

V.

Dominium minus plenum, unde? 1) R. V. simplex 2) R. V. directa 3) R. V. utilis.

Fuit Dominium Civile plenum. Sequitur *minus plenum*, quod iterum *triplex* est: aliud *proprietas integra*, aliud *dominium directum*, aliud denique *dominium utile*. Ex proprietate oritur *Rei Vindicatio simplex*, ex dominio directo, *R. V. directa*, denique ex dominio utili, *Rei Vindicatio utilis*. Species vero dominii directi & utilis sunt dominium *Feudale*, das Lehn-Emphyteuticarium, das Erbzinß- & Superficiarium, das Platz-Recht, oder Eigenthum, a quibus etiam Rei Vindicationes, directa & utilis, nomina sua sortiuntur. Nota 1.) In concursu Rei Vindicationis, directæ & utilis, hanc præferri, secundum regulam: quoties eorum, qui in agendo concurrunt, interest diversimode, unius magis, quam alterius, toties is, cujus magis interest, alteri præfertur. Quid autem, si dominus directus prius contra possessorem experiatur? tum vero, superveniente vasallo, Reo præstabit cautionem de re restituenda, sicubi Vasallus obtinuerit, *L. 57. de R. V.* 2.) Huc non pertinere jus *Censiticum*, das Zinß-Recht, hoc enim plenum dominium in persona Censuarii, des Zinß-Manns, designat, quandoquidem census annuus, non in recognitionem dominii directi, sed memoriam veteris saltem, solvitur. Ita quidem communis sententia habet, a qua tamen, post Frantzkium, non male recedit Schilterus *Exerc. 16. th. 84.*

In concursu R. V. utilis præfertur directæ.

Jus Censiticum quale dominium?

VI.

Dominium Prætorium oritur ex fictione, eaque 1) Affirmativa, unde A. Publiciana.

Satis dictum de Dominio Civili. Superest Dominium *Prætorium*, quod a Prætore, ex æquo & bono, contra stricti Juris regulas, fingitur, *fictione* modo *affirmativa*, modo *negativa*, modo denique *translativa*. 1.) Fictum, *fictione affirmativa*, sive positiva, est, quod Jure Civili quidem, ob nondum completam usucapionem, acquisitum non est, Jure Prætorio autem, propter bonam fidem, justum titulum & traditionem, pro acquisito habetur. Ex eo oritur *actio publiciana §. 4. I. de act. L. 7. §. 6. de public. in rem act.* Formula fundamenti ex parte Actoris hæc est: Daß Kläger vor 5. Jahren das Haus von Cajo auff guten Treu und Glauben erkaufft, inmassen er auch selbiges in Gewähr bekommen, und etliche Jahr besessen, also an selbigem Hause das dominium prætorium fictum erhalten. Nota 1.) Actionem Publicianam utilem, ex æqua interpretatione, non facta traditione, dari

A. Publiciana utilis.

eo

eo casu, quo alias dominium ipso jure transfertur, *L. 1. 2. 12. §. 1. L. 15. de Public. in rem act. Vinn. L. 1. qv. 27.* Exemplum est, cum res aliena Titio legata, non autem tradita, sed ab hærede ad tertium translata est, tunc enim Titio competit actio publiciana, non quidem directa, quia eam rem nunquam possedit, atque adeo nec usucapere potuit, sed tamen utilis, ex æquo & bono, ducto scil. argumento a Rei Vindicatione ad Actionem Publicianam. Illa enim ex dominio rei propriæ legatæ, statim ante traditionem, legatario competit: ergo æquum est, ut hæc quoque, in casu rei alienæ legatæ, legatario detur. 2.) Malam fidem supervenientem, actionem publicianam non excludere, ne Jure quidem Canonico, quia *cap. ult. X. de Præscript.* loquitur de usucapione. Atquin actio Publiciana favorabilis est, usucapio vero odiosa, quandoquidem illa datur adversus eum, qui nullum jus in re habet, hæc vero rem domino aufert. *L. ult. ff. de publ. in rem act.* Qua præstructa diversitatis ratione, *cit. cap. ult.* tanquam exorbitans a Jure Civili, tanto magis est restringendum. Itaque reus, in puncto actionis publicianæ, de mala fide frustra excipit, nec eam probaturus auditur. 3.) Actionem Publicianam dari quoque vero domino, non qua tali, sed qua bonæ fidei possessori. Hinc uno libello Rei Vindicatio & Actio Publiciana cumulari possunt, petendo rem, Jure dominii, vel quasi, *cap. 3. de re jud. in 6to L. 1. §. 4. quod legator.* Caveat itaque actor, ne se fundet in vero dominio tantum, daß Klägern das wahre Eigenthum zuständig, idque propter difficultatem probationis.

Mala fides superveniens non excludit Publicianam.

Publiciana datur etiam vero domino.

VII.

2.) Dominium fictum, *fictione negativa*, est, quod Jure Civili per usucapionem vere amissum, sed jure Prætorio, ob justam caussam, v. c. ob absentiam, Reipubl. vel studiorum caussa *L. 28. L. 36. ex quib. caus. maj.* pro non amisso habetur. Ex quo descendit *actio rescissoria §. 5. l. de action.* Formula fundamenti, ex parte Actoris, v. c. Daß, ungeachtet Klägers Guth in seiner Abwesenheit an Beklagten verkauffet worden, und dieser solches über Rechts-verwährte Zeit besessen, iedennoch ihme, Klägern, gestalten Sachen nach, und da er zeithero in Kriegs-Diensten gewesen, das Eigenthum, ex provisione Juris Prætorii, daran verblieben. Nota 1.) A Veteribus duplex remedium statui, unum *rescindens*, alterum *rescissorium*; illud, ut usucapio rescindatur, hoc autem, ut deinceps res a possessore recuperetur. Sed animadvertendum, Legum, quæ veteres in eam adduxerunt, sententiam optimum Interpretem Justinianum esse, in *cit. §. 5.* ex quo appa-

2.) Ex fictione negativa.

unde A. rescissoria.

An detur duplex remedium, rescindens & rescissorium?

apparet, adversus usucapionem non opus esse facto hominis, adeoque nec remedio aliquo rescindenti, sed ipsa vi atque auctoritate juris Prætorii usucapionem rescindi, & pro non facta haberi, atque adeo Actorem, sine ambage, & præparatorio aliquo remedio, statim ex ficto dominio experiri posse. Neque vero exinde, quod Veteres olim duplicem formulam in forum invexerunt, necessario consequitur, hodie quoque in praxi utramque formulam usurpandam esse, quin potius actione rescissoria, ejusque unico fundamento, tuto uti licet. vid. Resol. Lauterb. *p. 112. seqq.* 2.) Actionem rescissoriam non supervacuam esse, neque jure novo sublatam. Non supervacua est, quia regula *Legis 1. §. 2. C. de annal. except.* intelligitur de impedimento Juris, eoque intrinseco, quo pertinet *Axioma:* quoties quis impeditur, agere in judicio, impedimento juris, eoque intrinseco, puta ob inhabilitatem personæ, v. c. filius, durante patria potestate, ratione bonorum maternorum, toties præscriptio ipso jure non currit, *dict. L. I. §. 2.* quoties autem quis impeditur agere, impedimento juris extrinseco, puta, quod non potuit invenire procuratorem; vel impedimento facti, eoque justo ac probabili, puta, ob absentiam honestam, toties præscriptio quidem ipso jure currit, sed rescinditur, petita restitutione in integrum, *L. 26. pr. §. 4. & 7. ex quibus caus. maj.* Sed nec eadem sublata est jure Novo, quia pinguior est remedio *Legis 2. C. de annal. except.* hoc enim habet tantum vim interrumpendi præscriptionem cœptam; actio vero rescissoria effectum rescindendi completam. Hinc Regulæ: quoties præscriptio cœpta est, toties oblatione libelli, i. e. scriptæ protestationis, facta vel Judici, vel, eo absente, ad ædes adversarii (testato tamen, i. e. coram Notario & tribus testibus) interrumpitur *cit. L. 2.* quoties autem præscriptio completa est, toties, instituta actione rescissoria, retractatur.

Usus actionis rescissoriæ.

Regula.

Regula.

IIX.

3.) translativa.

3.) Dominium fictum, *fictione translativa*, est, quod alienato in fraudem creditorum prædio, a debitore, non in emtorem, sed potius creditores, chirographarios scil., translatum, fingitur. Ex eo oritur *actio Pauliana*, *§. 6. l. de act. L. 6. §. 11. quæ in fraud. credit.* Formula fundamenti, ex parte Actoris, est: Daß der Schuldner, in Gemüth und Meynung hierdurch Klägere, als seine Gläubigere, zu gefähren und zu betrügen, sich unterstanden, sein Guth an Beklagten zu veräussern, bey welcher Bewandniß dann, und da Beklagter von solchem Betrug gute Wissenschafft gehabt, auch der Aus-

Unde A. Pauliana.

Ausgang gezeiget, daß die übrigen vorhandenen Güthere zu Klägers Befriedigung nicht zulänglich, Klägeren ein Dominium, ex fictione Juris Prætorii translativa, zuständig. Sequuntur Regulæ: 1.) quoties debitori inhibitio a magistratu facta est, toties alienatio est ipso jure nulla: quoties autem debitor, ante inhibitionem, animo & eventu fraudis, alienat, toties alienatio actione Pauliana rescinditur: Denique quoties alienatio, ante inhibitionem, facta est sine animo, vel eventu fraudis, toties valida est. 2.) quoties a debitore obærato alienatio fit in fraudem creditorum ex caussa lucrativa, puta donationis, toties, ut actioni Paulianæ locus sit, sufficit fraus ex parte debitoris, *L. 6. §. 11. d. t.* quoties autem alienatio fit ex caussa onerosa, puta emtionis venditionis, toties fraus requiritur ex parte utriusque, h. e. & debitoris & emptoris, *L. 6. §. 8. eod.*

Regulæ. 1) 2)

IX.

Satis de Dominio. Sequitur altera species Juris in re, nempe *Servitus.* Ex qua oritur *Actio Confessoria, L. 35. de act. emti,* cujus fundamentum in libello, ex parte Actoris, ponendum est in servitute, exque actu constituta; Daß Klägern eine Servitut auff Beklagtens Grund und Boden zuständig; ex parte vero Rei, in impeditione usus servitutis, *L. 10. §. 1. si servit. vindic.* Daß Beklagter Klägern in dem Gebrauch solcher Servitut zu turbiren sich angemasset; Deinde petitio sic concipienda, ut, remoto impedimento, servitus, ejusque exercitium, Actori defendatur ac conservetur: Daß Kläger bey seiner Servitut, und derselben Gebrauch, zu schützen, hingegen Beklagter von der angemaßten turbation abzustehen schuldig. Dixi loco fundamenti, ex parte Actoris, intelligi servitutem, actu jam constitutam & acquisitam, *§. 2. Instit. de act.* puta per inductionem in possessionem fundi, item per usum & *patientiam, L. 11. § 1. de public. in rem act. L. 3. de usufruct. L. ult. de servit.* ubi suffecerit, vel actum possessorium unicum, quietum tamen, non controversum, exercuisse. Contra vero promissa non sufficit. *Regula:* quoties servitus promissa est, toties competit tantum actio personalis, ex contractu, contra promittentem, ad quasi-traditionem servitutis: quoties autem servitus est constituta, toties competit actio realis confessoria, contra quemvis turbantem. Conf. *L. 136. de V.O.* Itaque, præter promissionem, etiam quasi-traditio ab Actore in articulos probatorios redigenda, & probanda est, ut adeo duo articuli concipi debeant, unus de promissione, v. c. Wahr, daß Titius Klägern Servitutem itineris verkauffet? qui probari potest

II. Servitus, unde A. confessoria.

Servitus intelligitur constituta, non promissa tantum.

Regula.

 per

per documentum emtionis venditionis, durch den Kauff-Brieff; alter vero de ipsa quasi traditione, v. c. Wahr, daß Kläger sich darauff solcher Servitut würcklich angemasset, auff Titii Grund und Boden hin und her gegangen, und dadurch ipsum jus itineris erlanget? qui probatur per testes: alterutro horum articulorum omisso, vel non probato, actor probatione cadit. Præterea Reus, in puncto actionis confessoriæ, dicitur omnis, qui usum servitutis impedit, sive sit rei servientis dominus, sive possessor, *L. 5. §. 1. & 6. si usufruct. petatur*, *L. 2. L. 6. §. 3. si servit. vindic.* sive plane non possideat, dum enim liberum servitutis usum intercipit, pro possessore habetur.

Quis sit reus in A. confessoria?

X.

A. negatoria.

Occasione Servitutis introducta est *Actio Negatoria*, ubi fundamentum, ex parte Actoris, ponendum est in jure prohibendi, *L. 5. pr. si usufr. petat. L. 11. si serv. vindic.* ex libertate naturali, tanquam parte & consequentia dominii, *L. 4. §. pen. d. t. si serv. vindic.* Daß Klägern, Krafft habenden Eigenthums, der Rechtlichen Vermuthung nach, die natürliche Freyheit von aller Dienstbarkeit, also auch das Jus prohibendi an dem Guthe N. zuständig; ex parte vero Rei, in arrogatione indebitæ servitutis, *L. 14. cit. tit.* Daß Beklagter sich zur Ungebühr einer Servitut angemasset, und dadurch Klägern in dem Gebrauch seiner natürlichen Freyheit zu turbiren, unterstanden; Deinde petitio sic concipienda, ut, intermissa servitutis usurpatione, Actori libertas conservetur: Daß Kläger bey der Freyheit seines Guthes zu schützen, hingegen Beklagter der angemaßten Servitut sich zu enthalten schuldig. Ubi notandum 1.) Libertatem intelligi, non propriam modo, sed & alienam, quatenus eam ab alio non impediri, nostra interest, vid. Resol. Lauterbach. *hic pag. 151. seq.* Ceteroqui libertatem naturalem oportet esse integram. Nam ea, quæ deinceps, instituto humano, puta lege publica, demta est, vel minuta, naturam induit servitutis, atque adeo locum dat actioni confessoriæ, cujusmodi hodie est libertas venandi, immunitas ab oneribus publicis, item exemtio a jure cogendi & prohibendi cerevisiario, quod civitatibus competit. 2.) Dominium prædii, ex parte Actoris, in libello exprimendum esse, alias, tanquam ineptus, etiam ex officio rejicitur. Quanquam sufficiunt verba æquipotentia, v. c. daß Beklagter auf Klägers Grund und Boden sich einer Servitut anmasse. Unde & ante omnia, per sententiam, Actori demonstratio dominii injungitur: Daß zuförderst Kläger das Eigenthum des Guths N. beyzubringen schuldig, worauff

woranff in der Sache ferner ergehet, was recht ist. Conf. Resol. Lauterb. *pag. 152.* 3.) Peracta dominii demonstratione ex parte Actoris, Reo per sententiam injungi probationem Servitutis: Dieweil Beklagter auff die Klage geantwortet, und solcher geständig, darneben aber sich auf ein Befugniß, i. e. Servitut, bezogen, so ist er solches zu erweisen schuldig, darwider Klägern sein Gegenbeweiß etc. vorbehalten wird. Excipiuntur vulgo duo casus (1) Cum reus est in possessione vel quasi Servitutis, *arg. L. 8. § 3. si servit. vindic. j. L. 15. de oper. nov. nunc.* Dissentit Carpzov. *L. 1. R. 67.* cujus sententia, cum se ab æquitate commendat, tum communis est, & in praxi recepta, vid. Resol. Lauterb. *p. 153.* Immo eandem sententiam non parum tuetur juris analogia: quoties enim duæ concurrunt juris præsumtiones contrariæ, quarum altera ex libertate naturali ducitur, altera ex instituto humano, v. c. ex quasi possessione servitutis, dimanat, toties hæc illi cedit. Aliud exemplum est in actione confessoria, nam in ea quoque actor probat, quamvis quasi possideat servitutem, *arg. l. 6. §. 1. si serv. vind.* ubi Ulpianus, dum actionem confessoriam possessori servitutis, eidemque petitori, competere, dicit, eum quoque probare oportere, indicat. (2) Cum actor, in libello, vi, clam, vel precario, servitute uti, contendit, Carpz. *lib. 3. Resp 68.* Sed de hac limitatione potest dubitari, ut videre est apud Brunnem. *in proc. Civ. cap. 18. n. 4. conf.* Mev. *p. 8. Dec. 292.* 3.) notandum, in puncto utriusque Actionis, Negatoriæ & Confessoriæ, petitionem etiam ad præstationem cautionis, de non amplius turbando, dirigi solere. Huc pertinet *regula:* quoties res perfecte a Reo Actori præstari, adeoque actor satis tutus ac securus reddi non potest, toties *cautione* opus est, vid. Resol. Lauterb. *tit. uti possid. pag. 770.*

Reo injungitur probatio.

Exc. 1) cum reus est in possessione vel quasi.

2) cum actor qualitatem facti adjicit.

Cautio utrobique præstanda est.

XI.

Tertia species juris in re est *jus Hæreditarium*, das Erbgangs-Recht. Ex quo venit *petitio hæreditatis, L. 4. & 9. de hered. petit.* quæ vicissim vel *Civilis* est, vel *Prætoria*; *Civilis* iterum, vel *directa*, vel *fideicommissaria*. Primum videamus de *Civili directa*. Ubi fundamentum, ex parte Actoris, ponendum est in Jure hæreditario, (puta, quoties is, cui delata est hæreditas, eam quoque adiit. Sola delatio, der Anfall, est instar tituli, atque adeo Jus hæreditarium perfectum non tribuit, sed necesse est, ut concurrat hæreditatis delatæ aditio, der Antritt, quæ fit, modo verbis, modo factis, sive gestione pro hærede) eoque, sive ex testamento; daß der Verstorbene Klägern in einem auffge-

III. Jus hæreditarium, unde petitio hæreditatis.

1) Civilis, directa.

auffgerichteten Testament zum Erben eingesetzet, und dadurch seine Verlassenschafft auf ihn verfället; sive ab intestato: daß Kläger des Verstorbenen nächster Anverwandter, also seine Verlassenschafft ab intestato auf ihn verfället, inmassen auch Kläger berührte Erbschafft angetreten; Ex parte vero Rei, in possessione pro hærede; daß Beklagter sich solcher Erbschafft de facto angemasset; Deinde petitio sic concipienda, ut hæreditas cum omni caussa restituatur: Daß Beklagter die libellirte Verlassenschafft, cum fructibus perceptis & percipiendis, vermittelst eines Inventarii, oder Endlichen specification, Klägern abzutreten schuldig. Nota 1.) species hæreditatis petitionis esse *querelam nullitatis, & inofficiosi testamenti.* Utriusque fundamentum, ex parte Actoris, est jus hæreditarium, idemque ab intestato competens; Ex parte autem Rei, possessio hæreditatis ex testamento nullo, vel inofficioso, relictæ. Testamentum 1. *nullum* dicitur, quod vitio aliquo laborat, circa formam existentiæ, cujusmodi duplex est: alia communis omnium Testamentorum, v. c. numerus Testium septenarius; alia propria, testamenti parentum & liberorum, quæ consistit in eo, ut liberi, aut parentes, vel instituantur, vel exhæredentur (*a*) nominatim, (*b*) ex justa caussa, eaque (*c*) in testamento expressa, *Nov. 115. cap. 3. & 4.* 2. *Inofficiosum* Testamentum vocatur, quod vitium habet circa formam subsistentiæ, puta, quoties in Testamento parentum, aut liberorum, expressa exhæredationis caussa in facto falsa est, adeoque ab hærede probari non potest, vel quod in testamento fratrum & sororum turpis persona fratri, aut sorori, prælata est, *L. 27. C. de inoff. testam.* Hinc *Regula:* quoties Testamentum vitio laborat circa formam existentiæ, eamque, sive communem, sive propriam, toties competit querela nullitatis: quoties autem circa formam subsistentiæ, toties competit querela inofficiosi testamenti, vid. Resol. Lauterb. *tit. de inoff. test. pag. 126. seq.* Not. 2.) affines actiones d[illegible]as esse (1) querelam inofficiosæ donationis. (2) actionem expletoriam, sive condictionem ad supplementum. Regulæ: 1. quoties illi, quibus debetur legitima, i. e. liberi, parentes, & certo casu fratres, per immodicam donationem defraudantur legitima, toties experiri possunt querela inofficiosæ donationis, ad petendam legitimam, *Nov. 92. c. 1.* daß Beklagter, von denen durch übermäßige Schenckung überkommenen Güthern, Klägern die ihm gebührende legitimam auszuantworten, schuldig. 2. quoties ii, quibus debetur legitima, eam ex testamento integram non consequuntur, toties conditione

Huc pertinent querela nullitatis & inofficiosi testamenti.

Quando testamentum sit nullum.

Quando inofficiosum?

Regula.

Affinia.

Regulæ: 1.)

2.)

ctione ex Lege ad supplementum agere possunt, *Nov. 115. cap. 5. pr.* daß Beklagter Klägern dasjenige, was ihme zu Erfüllung seiner legitimæ gebühret, zu ersetzen schuldig.

XII.

Hæreditatis petitio *Civilis*, eaque *fideicommissaria*, sequitur, cujus fundamentum, ex parte Actoris, consistit in Jure hæreditario fideicommissario: daß, nachdem, Innhalts des Verstorbenen Disposition, Titius, als hæres directus & fiduciarius, Klägern die angetretene Erbschafft, nach Abzug der quartæ Trebellianicæ, restituiret, ihme hierdurch Jus hæreditarium fideicommissarium erwachsen. Nota 1.) Hæreditatis petitionem fideicommissariam differre ab extraordinaria persecutione: utpote quæ datur, ante restitutionem hæreditatis, adversus hæredem fiduciarium, *L. 178. §. 2. de V. S.* cum e contrario illa demum, post restitutionem, contra possessorem competat, *arg. l. 2. de fideicomm. hæred. petit.* 2.) Hanc actionem usum habere etiam in testamentis, in quibus hæres directo institutus est, vi scil. clausulæ codicillaris, illis adjici solitæ, quia, quoties hæres institutus, propter defectum solennitatis, directo succedere non potest, tamen succedit oblique & per modum fideicommissi, quandoquidem tum hæres ab intestato tacite rogatus intelligitur, ut, detracta quarta Trebellianica, reliquas hæreditatis partes restituat hæredi scripto. *Regula:* quoties hæres ex testamento succedit directo, toties consequitur totam hæreditatem: quoties autem oblique & vi clausulæ codicillaris, toties instar fideicommissarii habetur, atque adeo, detracta quarta Trebellianica, tres tantum partes consequitur. *Cautela:* ut, quoties hæres, in testamento institutus, animadvertit, testamentum defectu solennitatis laborare, toties non directam, sed statim fideicommissariam hæreditatis petitionem instituat: alioquin, instituta hæreditatis petitione directa, ab eaque reo absoluto, non poterit contra eum denuo hæreditatis petitione fideicommissaria experiri, propter expressum textum in *L. ult. C. de Codicill.* vid. Resol. Lauterb. *de jur. codicill. pag. 631.*

Hæreditatis petitio fideicommissaria.

Differentia inter p. h. fideicommissariam, & extraordinariam persecutionem.

Usus hujus actionis etiam in testamentis.

Regula:

Cautela.

XIII.

Superest *possessoria hæreditatis petitio*, cujus fundamentum, ex parte Actoris, est jus hæreditarium prætorium. Exempla vide inprimis in *L. 12. pr. de injust. rupt. irrit. fact. testament. & L. 12. §. 1. de bon. possess. contra Tabb.* Regula: quoties Successores non adeunt hæreditatem, sed, implorato officio Judicis, petunt, se declarari vel confirmari hæredes, toties in effectu bonorum possessionem petere, intelliguntur,

Possessoria hæreditatis petitio.

Struv.

A. hæreditatis possessoria est triplex. 1) quorum bonorum, 2) quod legatorum, 3) ex L. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. Differentia inter actiones possessorias & petitorias.

Struv. *Exerc. 38. th. 74.* Hactenus de actionibus, ex jure hæreditario petitoriis, agendum est. Nunc quoque de possessoriis agendum est. Sunt autem earum potissimum tres, (1) actio, *quorum bonorum*, (2) actio, *quod legatorum*, (3) actio ex *L. ult. C. de Edict. D. Hadrian. toll.* Primæ & secundæ fundamentum, ex parte Actoris, est jus hæreditarium in genere; tertiæ vero, jus hæreditarium testamentarium. Ceterum omnium fundamentum, ex parte Rei, est detentio rerum hæreditariarum. Petitio quoque ubique eadem est, nempe acquisitio possessionis rerum hæreditariarum. Nota, differentiam actionum, ex jure hæreditario petitoriarum & possessoriarum, triplicem esse, 1.) ratione *modi procedendi*, qui in petitoriis ordinarius, in possessoriis vero summarius, 2.) ratione *probationis*: in petitoriis exacta probatio requiritur, at in possessoriis levis & summaria sufficit, *L. ult. C. quor. bon. L. ult. C. de Edict. D. Hadr. tollend.* 3.) ratione *finis*: nam in petitoriis obtinetur res, in possessoriis tantum possessio, salvo judicio petitorio.

XIV.

IV. Jus pignoris, unde actio hypothecaria.

Quarta Juris in re species est *Jus pignoris*, das Pfand-Recht, ex quo oritur *actio hypothecaria*. Ubi fundamentum, ex parte Actoris, ponendum est in Jure pignoris, eoque, sive pacto, sive traditione, constituto: Daß der Schuldner Klägern, zu Versicherung seiner habenden Forderung, das Guth verpfändet. Ex parte vero Rei, in possessione rei oppigneratæ: daß Beklagter solches Klägern verpfändete Guth in Besitz habe; Deinde petitio sic concipienda, ut Reus rem oppigneratam Actori, donec ipsi debitum solutum sit, restituat: Daß Beklagter Klägern das zum Unterpfand eingesetzte Guth so lange, biß er seiner habenden Forderung halber befriediget, abzutreten und einzuräumen schuldig. Nota 1.) Jus pignoris, quod loco fundamenti ex parte Actoris ponitur, duo involvere, partim ipsum pignorationis factum, die Verpfändung an sich selbst, partim dominium, respectu debitoris pignorantis, idque secundum Glossam, quæ tamen a DD. communiter reprobatur, & diabolica appellatur. Sicuti enim debitor, acturus publiciana, tantum probare debet quasi dominium; ita & verius est, creditorem, cum actione hypothecaria experitur, duntaxat probare debere, quod debitor bona fide, & justo titulo, rem tempore oppignerationis possederit, *L. 18. de pignor.* ex qua Lege etiam verba *Legis 15. §. 1. eod. tit. cum conveniebat, rem in debitoris bonis fuisse*, explicanda sunt. Quanquam certe sunt, qui modo excitatam Glossam quoque intelligunt de præsumpto dominio. Huc pertinet

Requisita Juris pignoratitii.

regula:

regula: quoties dominium incidenter probandum est, toties etiam ex possessione probari potest, v. g. in actione L. Aquiliæ, condictione furtiva, actione negatoria. Unde etiam actori, per sententiam, non probatio ordinaria, der ordentliche Beweis, sed tantum demonstratio, eine Bescheinigung oder Beybringung, dominii, injungitur. Nota *Regula.*

2.) Petitionem alternativam, ut possessor aut solvat, aut pignus restituat, vulgo haberi pro inepta, atque adeo rejici, & pronunciari: daß die Klage, inmassen sie anbracht, nicht statt hat. Quanquam illam alternativam petitionem defendi posse, peculiari programmate, Resolutionibus Lauterbachianis annexo, satis, opinor, ostensum est. Nota *An petitio posse esse alternativa?*

3.) Actionem hypothecariam petitoriam esse, præter eam vero dari remedium possessorium, nempe interdictum Salvianum. *L. 2. de Salv. interd.* idque vel directum, vel utile. Tametsi autem verius est, interdictum Salvianum utile, tantum adversus debitorem, possessoremve pignoris, qui caussam a debitore habet, competere, *vid. Resolut. Lauterb. dict. tit. pag. 775. seqq.* tamen contrarium, interdictum Salvianum, utile scilicet, contra quemvis possessorem dari, communiter comprobatum, usuque fori receptum est. Commoditas vero interdicti Salviani consistit, cum in modo procedendi, qui summarius est, tum in materia probationis, quandoquidem hic tantum probari oportet (1) oppignerationem, (2) debitorem oppignerantem, tempore oppignerationis, habuisse possessionem rei oppigneratæ: quum e contrario, in capite actionis hypothecariæ, processus sit ordinarius, præterea qualitas possessionis, ex parte debitoris oppignerantis, nempe bona fides & justus titulus, probanda sit. *vid. Notab. I.* *De interdicto Salviano, Ejusque commoditate.*

XV.

Quinta, eaque ultima, species juris in re est *Possessio*, ex quo oritur actio *possessoria*, quæ, in re immobili, vocatur interdictum, *uti possidetis*; in re mobili autem interdictum, *utrubi*. Utriusque fundamentum, ex parte Actoris, ponendum est in possessione: Daß Kläger von 1. 2. 3. 4. und mehr Jahren die streitige Wiese geruhig besessen und gebrauchet; ex parte autem Rei, in turbatione: daß Beklagter Klägern in seiner possess solcher Wiesen zu turbiren, sich angemasset; deinde petitio sic concipienda, ut Actori possessio conservetur & defendatur: Daß Kläger bey der Possess der libellirten Wiesen billig zu schützen, Beklagter hingegen das abgenommene Heu, nebenst allen verursachten Schäden und Unkosten, Klägern hinwieder zu erstatten schuldig. Nota 1.) Possessionem, quæ loco fundamenti, ex parte *V. Possessio, unde A. possessoria duplex, 1.) uti possidetis. 2.) utrubi. Qualis esse debeat possessio?*

parte Actoris, ponitur, jure Civili tantum attendi, quæ tempore litis contestatæ fine vitio est, §. 4. *Inst. de interd.* Ideoque reus, opponens exceptionem vitiosæ possessionis, puta, violentæ, clandestinæ, precariæ, auditur. Moribus autem hodiernis, duplex possessio statuitur, una antiquior, altera recentior, sive, ut loquuntur vulgo, præsentanea. Hinc & duplex oritur actio possessoria, sive, Pragmaticorum stylo, possessorium, intellige, judicium, ordinarium alterum, alterum summarium, sive summarissimum. Possessorii ordinarii fundamentum est possessio antiquior; summarii autem recentior, sive præsentanea. Præsentanea autem possessio dicitur, quæ, antequam lis mota esset, unico etiam, eoque novissimo, actu possessorio exercita est, & soli probatur judici, etiam per unum testem juratum, immo, si tumultus metuatur, aliudve animadvertatur inter partes periculum, quoque per duos testes injuratos, *Decis. Elector. I.* Neque vero hic, quemadmodum præcepi, locum invenit exceptio vitii, puta violentiæ, clandestinitatis, aut precarii, quandoquidem illa ad possessorium ordinarium rejicitur; cum e contrario in summario non disquiratur, quomodo quis, juste, an injuste, sed tantum, an possideat? atque adeo de facto solo, non item jure possessionis, disceptetur. Quæ caussa est, quamobrem summarium vulgo audiat Asianarium. vide Electa process. possessor. *th. 18. 20. 22.* & passim. 2.) Ex sententia Carpzovii, in solo possessorio ordinario, cautionem de non amplius turbando peti, *L. 1. R. 15.* At verius est, nihil vetare, quo minus hæc cautio utroque in judicio possessorio, summario, æque ac ordinario, peti possit, uti probatum Elect. proc. possess. *th. 30.*

Actio possessoria est duplex, ordinaria & summaria.

Cautio utrobique peti potest.

CAPUT. III.

DE JURE AD REM, SIVE OBLIGATIONE.

I.



Enique ordo ducit ad *Jus ad rem*, sive *obligationem*. Jus *ad rem*, sive *obligatio*, oritur ex *facto obligatorio*, atque producit *actionem personalem*. Factorum autem obligatoriorum alia sunt *ordinaria*, alia *extraordinaria*, quæ sub

Jus ad rem producit Actionem personalem. Factum obligatorium est vel

sub variis caussarum figuris, in *l. 1. pr. de O. & A.* & aliis quibusdam modis, in §. *1. I. de act.* intelliguntur, iisque designantur ea, quæ obligationis productiva sunt, nec tamen ad alterutram ordinariorum speciem referri queunt, ut detentio rei, quam exhiberi interest, unde oritur actio ad exhibendum, *L. 3. §. 14. ad exhibend.* item factum commodi impeditivum, ex quo venit actio ad interesse, aliaque multa, hinc inde dispersa. Quanquam esse, non ignoro, qui eadem ad quasi-contractus referri, malint. Facta obligatoria *ordinaria* duo sunt: *promissio* & *delictum*.

1.) extraordinarium.

2.) ordinarium, quod est duplex:

II.

Promissio fit, vel sine, vel cum acceptatione promissarii: Illa vocatur *Pollicitatio*, ex qua tum demum oritur *actio pollicitationis*, cum facta est Deo, vel Reipublicæ, *L. 2. §. 1. & 2. l. 3. de Pollicitat.* hæc autem dicitur conventio, sive pactum. *Regula:* quoties promissio facta est sine acceptatione promissarii, toties, si facta sit privato, non obligat: sin autem DEO vel Reipublicæ, aliive personæ mysticæ, obligat, *cit. L. 2. & 3.* modo facta sit ob caussam aliquam, puta honoris, calamitatis, zu Auffbauung einer abgebrandten Kirche, zu Salarirung derer Kirchen-Bedienten, *l. 1. §. 1. dict. tit. l. 19. pr. de donat.* aut jamjam impleri cœpta, *dict. l. 1. §. 2. l. 6. §. I. eod.*

Promissio est vel 1.) Pollicitatio, unde A. Pollicitationis.

Regula.

III.

Pactum vicissim est, vel *nudum*, vel *vestitum*. Pactum *nudum*, jure Civili, inefficax est ad agendum, *L. 10. C. de Pact.* Jure autem Canonico, & moribus hodiernis, omnino producit actionem, *cap. 1. & 2. x. de Pact.* quæ vocatur *condictio ex Canone*, item *ex moribus*. Quanquam autem Carpzovius *p. 2. c. 33. d. 23.* cum eoque Lauterbachius, *Compend. Jur. de pact.* distingvunt inter pacta principalia & contractuum præparatoria, hodieque illis quidem vim actionis tribuunt, his autem denegant: tamen receptius est contrarium, nempe, nullo discrimine, ex pacto nudo hodie oriri actionem, idque, spectata simplicitate juris Gentium, quam hic merito sequimur in foro, vid. Resol. Lauterbach. *dict. tit.* Recens præjudicium extat in caussa Werners contra Heinicken, ubi eandem in sententiam *M. Aug. 1700.* de jure responderunt Scabini Lipsienses, comprobante deinceps, *Termin. hyberno 1701.* Summo provocationum Senatu. Sed pacta nuda vocantur, quæ neque certum nomen habent, neque caussam, i. e. unius partis actualem præstationem, vide *L. 7. de pact.* Speciatim, quod ad pacta præparatoria, ea deliberata, & perfecte talia esse, oportet. Contra

Vel 2.) pactum, quod est 1) nudum, & producit condictionem ex canone, s. ex moribus.

Quæ sint pacta nuda?

vero

vero antecedentium sermonum, qui tractatus dicuntur, nulla habenda est ratio, vid. *l. 1. §. 11. de extraord. cognit.* ubi distinguitur inter caussas & tractatus: qui caussis agendis adsunt, dicuntur Advocati; non vero, qui tractatibus, hi enim magis vocantur proxenetæ. Pactum

2.) Vestitum, idq; vel, extrinsecus, ut pactum legitimum,

vestitum, (vocabulo, elegantioribus inviso, Schilt. *Exerc. 8. th. 12.*) iterum est, vel *intrinsecus*, vel *extrinsecus* tale. Pactum *extrinsecus* munitur, vel a *Lege*, & dicitur *legitimum*, unde oritur *condictio ex Lege*, *L. 6. de Pact.* vel a *Contractu*, cui in continenti, (i. e. antequam contrahentes ad aliud negotium divertant) adjicitur, & vocatur pactum

& adjectum.

adjectum, unde venit actio *ex Contractu*, cui scil. adjectum est, *L. 7. §. 5. d. t.* *Regula:* quæ actio competit ex toto, puta, ex contractu, talis etiam competit ex parte, puta, pacto, contractui adjecto. At ho-

Usus hujus distinctionis hodiernus.

die hoc subtili pactorum discrimine non est opus, postquam ex quolibet pacto actio competit. Immo nihil vetat, quo minus dicere possis, hodie omnia pacta esse legitima, h. e. confirmata a Lege, sc. jure, cum Canonico, tum consvetudinario. Nisi obvertas, pacta, in continenti contractui adjecta, ab aliis, quæ ex intervallo fiunt, hodieque differre, quod illa interdum, pro indole contractus, cui adjiciuntur, bonæ fidei, hæc autem semper, tanquam legitima, stricti juris sint. Equidem non abnuerim, hodieque differentiam contractuum bonæ fidei & stricti juris in tantum superesse, in quantum ea ex ipsa contractuum natura dimanat, ut, sicuti contractuum alii ab una tantum, alii ab utraque parte obligant; ita strictior in aliis, in aliis laxior valeat interpretatio. Sed, nisi me omnia fallant, ea etiam pacta, quæ ex intervallo contractui bonæ fidei adjecta sunt, quantumvis moribus, atque adeo tanquam legitima, sustineantur, pro natura prædicti contractus capi, ex eaque declarari, convenit.

IV.

2. intrinsecus, ut contractus, qui est duplex. Quid sit synallagma?

Pactum, *intrinsecus* vestitum, dicitur *Contractus*. Vestitur autem, vel a caussa, sive synallagmate, & vocatur contractus *innominatus*; vel a nomine, & appellatur contractus *nominatus*. Nota, caussam, sive synallagma, consistere in unius partis actuali præstatione, h. e. in datione, vel facto, *L. 5. de præscript. verb. L. 7. §. 2. de pact.* Itaque antequam alterutrum horum secutum sit, contractus innominatus in præ-

Contractus innominatus est vel regularis, unde A. præscriptis verbis.

paratoriis tantum consistit, atque adeo ad agendum inefficax est. Contractuum *innominatorum* alii *Regulares* sunt, alii *Irregulares*. *Regulares*, qui nullum certum nomen habent, sunt vicissim quatuor, *do, ut des, do, ut facias, facio, ut des, facio, ut facias, L. 5. de præscript. verb.* ita

ita tamen, ut vocabulo *facio* intelligatur etiam non-factum, quod scil. non fieri, nostra interest. Huc pertinet regula: ea etiam, moraliter, pro factis habentur, quæ non fieri, nostra interest. Ex his quatuor generibus oritur actio *præscriptis verbis*. Nota, a contractu innominato differre *pactum præparatorium*, veluti a permutatione, pactum permutationis: ille demum datione, vel facto; hoc nudo consensu perficitur: ille producit actionem, hoc non item. Verum hodie pactum præparatorium non minus, ac contractus ipse, habet efficaciam agendi, ita quidem, ut illa coincidant, non ratione *formæ*, ut sentire videtur Gudelinus, *de jure noviss. lib. 3. cap. 5. in fin.* sed ratione *effectus*, ut declarat Schilterus, *Exerc. 8. th. 10. conf. supra th. 3.* *Differentia pacti præparatorii a contractu innominato.*

V.

Irregulares contractus innominati dicuntur, qui nomen aliquod, non proprium tamen, sed commune, assumunt. Hujusmodi sunt 1.) Contractus *Aestimatorius*, ex quo venit *actio Aestimatoria*, quæ duplex est, una *directa*, altera *contraria*. *Directæ* fundamentum est obligatio principalis ex illo contractu: Daß Kläger Beklagten ein Buch zugestellet, um solches vor 40. Thlr. zu verkauffen; deinde petitio: ut reus restituat, vel rem, vel pretium determinatum: daß Beklagter Klägern entweder das libellirte Buch, oder das benehmte Kauff-Pretium derer 40. Thlr. zu erstatten schuldig. *Contrariæ* fundamentum est obligatio secundaria, sive accidentaria, v. c. ex pacto: daß Beklagter Klägern ein Buch, um selbiges vor 40. Thlr. zu verkauffen, zugestellet, und darneben ihm 10. Thlr. davor zum Recompens versprochen; deinde petitio: ut reus promissum præstet: daß Beklagter Klägern den versprochenen Recompens zu erstatten schuldig. Sequuntur regulæ: 1.) quoties contractus bilateralis utrinque obligat, principaliter, & initio statim, v. c. emtio venditio, toties ex eo oritur actio utrinque directa, v. c. actio emti, venditi: quoties autem contractus bilateralis, ab una parte principaliter & initio statim; ab altera autem secundario & ex post-facto, obligat, v. c. commodatum, depositum, toties ex obligatione principali oritur actio directa: ex secundaria vero, contraria, v. c. actio commodati, depositi. 2.) quoties inter dantem & accipientem convenit, ut res, certo pretio, v. c. vor 10. Thlr. venderetur, toties excessus, sive lucrum, pertinet ad accipientem: quoties autem ita convenit, ut non infra pretium determinatum, nicht unter 10. Thlr. venderetur, toties ad dantem. Atque hoc postremum in dubio præsumitur. *Contractus innominati irregulares sunt; I. Contractus æstimatorius, unde actio æstimatoria.* *Regulæ: 1)* *2.)*

 VI. Se-

VI.

II. Permutatio, unde A. permutatoria.

Secundum exemplum Contractuum, innominatorum irregularium est *Permutatio*, Tausch-Contract, ex qua descendit *actio permutatoria*. Fundamentum hujus actionis est obligatio ex permutatione: Daß Beklagter mit Klägern einen Tausch-Contract, ihrer beyderseits Häuser halber, getroffen, gestalt denn Kläger auch solchem zu folge Beklagtem sein Haus allbereit übergeben und eingeräumet; deinde petitio: ut reus rem, permutandam, actori præstet: daß Beklagter das libellirte Haus Klägern ebenmäßig zu übergeben und einzuräumen schuldig. Tertia species est *Cambium* der Wechsel, quod duplex est, aliud *Manuale*, aliud *Locale*, sive literarium. Ex Cambio literario duplex datur campsario, i. e. ei, qui solvit pecuniam, vel promittit solvendam, ut ita transcribatur, *actio Cambii*, una contra campsorem, qui pecuniam, per literas transcribendam, in se recipit, altera contra campsoris mandatarium, qui literas cambii acceptat, & Trectans dicitur. Quanquam postrema magis est ex constituto, vid. Resol. Lauterb. *de contract. innom. pag. 436.* Quod si is, ad quem perscriptæ sunt literæ cambii, easdem non acceptet, tum campsarium protestationem coram Notario & testibus facere, eamque, in instrumentum publicum redactam, campsori remittere, den Wechsel-Brieff mit protest zurückschicken, oportet. Effectus est, ut Campsor tantisper custodia detineatur, donec solvat. Namque, uti inter campsorem & trectantem mandatum contrahitur: ita huic liberum est, literas cambii acceptare velit, nec ne, quum e contrario, facta acceptatione, æque arresto ad solvendum compelli possit.

III. Cambium, unde A. Cambii.

De literis Cambialibus, non acceptatis.

VII.

IV. Suffragium, unde A. suffragii.

Quarta species est *Suffragium*, cum quis Aulico aliquid dat, ut desiderium apud Principem commendet, *L. un. C. de Suffrag.* unde descendit *actio suffragii*, modo contra suffragatorem, modo contra eum, qui suffragium postulaverit. Fundamentum hujus actionis est obligatio ex caussa, puta, vel solutione honorarii, sub modo præstandi suffragii: daß Kläger Beklagtem 100. Thlr. recompens gegeben, um ihme dafür zu Erlangung seiner Cammerforderung behülfflich zu seyn; vel ex præstatione suffragii, sub modo præstandi honorarii: daß Kläger durch sein fleißiges Sollicitiren es dahin gebracht, daß obige Kammerforderung Beklagten ausgezahlet worden, dargegen dieser 100. Thlr. Recompens ihme zu entrichten versprochen; deinde petitio utrinque, ad implendum modum, dirigitur. Nota 1.) Aulicos

Aulicos intelligi, in genere Amicos Principis, sive sint necessitudine, five officio, juncti. Immo huc pertinent Admissionales, so einen zur Audienß führen, quanquam hi stricte pro suffragatoribus non habentur. Sed excipiuntur milites, *L. 7. C. de Procurator.* & Clerici, tanquam milites Christi, *arg. L. 8. §. 2. C. eod.* 2.) Desideria intelligi, cum publica, tum privata; & hæc iterum, tum justitiæ, scil. promovendæ, tum gratiæ, in caussis, æque criminalibus, ac civilibus. Excipe (1) Dignitates ecclesiasticas, *L. 31. C. de Episc.* nam hoc est crimen Simoniæ. (2) Functiones civiles, cum potestate conjunctas. Nam illud est crimen Ambitus, huc refer *Nov. 8. & 161.* (3) Caussas ad justitiam pertinentes, respectu scil. Magistratus. Nam hoc est crimen Repetundarum, *L. 1. & tot. tit. C. ad L. Jul. Repetund.* Hinc collige: Consiliarium, qua talem, i. e. in caussa, de qua ipse cognoscit, munus, (Nostratibus Gifft, pro: Gabe, quia dona, æque ac venenum, inficiunt avaros) accipere non posse, posse vero, ut privatum, atque in aula gratiosum.

Quinam Aulici hic intelligantur?

Quænam desideria commendari queant?

IIX.

Quinta species est *Assecuratio*, cum quis certum dat præmium, ut alter recipiat periculum mercium, navi, vel terra, transportandarum. Unde venit *actio assecurationis*, modo contra Assecuratorem, modo contra eum, cujus merces sunt assecuratæ. Fundamentum hujus actionis est obligatio ex caussa, modo solutione præmii assecurationis, sub modo præstandi periculi: Daß Kläger Beklagten 5. pro Cento gezahlet, um seine Waaren nach Engeland zu assecuriren, modo assecuratione, sub modo solvendi præmii: daß Kläger Beklagtens Waaren nach Engeland assecuriret, dargegen dieser ihme 5. pro Cento zu zahlen versprochen; Deinde petitio utrinque dirigitur ad implementum modi, nempe, ut reus vel assecuret, vel solvat, uti prædiximus. Nota 1.) In definiendis controversiis, quæ circa materiam assecurationis excitantur, recurri solere ad ordinationem Antverpiensem Philippi II. Regis Hispaniarum, cum qua conspirat Ordinatio Amstelodamensis. 2.) Cautelas: (1) ex parte *Dominii* mercium: *a*) Ut statim merces æstimandas curet, quo deinceps, eveniente casu, non opus habeat probatione damni. *b*) Ut assecurator omne damnum atque periculum in se suscipiat, atque adeo expressio voculæ universalis: *Omne*, fiat, (2) ex parte *Assecuratoris*: ut, ne omnes merces in una navi, sed certam potius summam in diversis navibus assecuret, quo, eveniente periculo, damnum, in una navi acceptum, transportatione aliarum

V. Assecuratio, unde A. assecurationis.

Ordinatio Antverpiensis de assecuratione.

Cautelæ, in assecuratione observandæ.

aliarum felici sarciatur. Hinc est, quod multi unam navim assecurare soleant, secundum formulam: Ich Titius bin zufrieden in diese Assecurantz, die GOtt bewahre, vor 500. Thlr. Ceterum instrumentum Contractus vocatur, die *Police, seu Pollice.* 3.) Præmium assecurationis consistere solere in septem, octo, novem pro centum, pro quantitate periculi, & distantia loci.

Quantitas præmii.

IX.

VI. Socida, unde A. socidæ.

Sexta species est Contractus *Socidæ*, quasi societas pecudum, cum alter alteri tradit pecora sua pascenda, ut fœtuum partem ferat, *L. 8. C. de Pact.* Unde *actio socidæ* competit tradenti, contra suscipientem. Fundamentum hujus actionis est obligatio, ex contractu Socidæ: Daß Kläger Beklagten seine Schaaffe an 400. Stück auf 2. Jahr lang dergestalt überlassen, daß er Klägern den halben, oder dritten Theil, von allen Nutzungen an Lämmern und Wolle, richtig abgeben solle; deinde petitio dirigitur ad implendum modum. Nota regulam: quoties actum est de communicando pecore, toties contracta intelligitur societas, partim rei, respectu dominii, partim operæ, respectu pastoris: quoties autem actum est de transferendo dominio pecoris in pastorem, toties contractus intelligitur initus, do ut facias: denique, quoties actum de retinendo pecoris dominio, toties, si certa merces pro opera constituatur, locatio conductio est; sin vero, loco mercedis, certa pars fœtuum assignetur pastori, est contractus innominatus, facio ut des.

Regula.

X.

Nominati Contractus sunt vel veri, vel quasi. Differentia consensus taciti & ficti.

Satis de contractibus innominatis. Sequuntur *Nominati*, quorum alii sunt *veri*, alii *quasi* Contractus. Differentia consistit in forma, scil. consensu, qui vel verus est, vel fictus, sive præsumtus; ille iterum modo expressus, modo tacitus. Nota, differentiam consensus ficti & taciti: consensus tacitus est species consensus veri, & inducitur ex facto, sua vi & directo ad inferendum consensum apto, v. c. cum quis alterius, scientis & patientis, negotia gerit, quod est mandatum tacitum, *L. 6. §. 2. L. 18. Mandat.* At fictus consensus constituitur vi & auctoritate legis, propter æquitatem, ex facto aliquo remotiori, quodque per se satis efficax non est ad designandum consensum, producendamque obligationem, v. c. quando quis alterius, ignorantis, negotia gerit, quæ species dicitur negotiorum gestio, *L. 41. de negot. gest.* Compara Resol. Lauterb. *tit. Loc. cond. pag. 413.*

XI. Con-

XI.

Contractus nominati sunt quadruplices: I. Reales, quales sunt 1) Mutuum, unde A. mutui.

Contractus *nominati*, iique *veri*, sunt quadruplices, alii *Reales*, alii *Literales*, *Verbales* alii, alii denique *Consensuales*. I. Dicendum de *Realibus*, qui ad sui perfectionem, præter consensum, rei traditione opus habent. Horum vicissim quatuor sunt species. *a) Mutuum*, Anlehn, oder Darlehn, unde *actio mutui* oritur, cujus fundamentum est obligatio ex mutuo: Daß Kläger Beklagten 500. Thal. auff 2. Jahr lang fürgesetzet und geliehen; deinde petitio dirigitur ad solutionem debiti: daß Beklagter die libellirten 500. Thlr. nebst dem Interesse moræ &c. Klägern zu bezahlen schuldig. Nota 1.) In contractibus Realibus & Consensualibus scripturam & verba, exempli tantum caussa, adhiberi, ad explicandum consensum, quandoquidem in illis sufficit, consensum alio modo, v. c. nutu, declarari; At vero, in contractibus Literalibus & Verbalibus, scripturam & verba præcise, & absoluta necessitate, ad perfectionem constitutionemque requiri, ut adeo in his consensus alio modo, quam per scripturam & verba, exprimi non possit.

An scriptura & verba hic locum habeant?

Nota 2.) Traditionem, qua perficitur contractus realis, comparatam esse vel *ad effectum dominii*, &, quod ex eo consequitur, ad abusum, quæ dicitur datio, *L. 75. §. ult. de V. O.* hinc mutuum; vel *ad usum*, hinc commodatum; vel *ad securitatem*, & consequendum jus pignoris, hinc contractus pignoratitius; vel denique *ad custodiam*, hinc depositum.

Diversus traditionis finis.

Nota 3.) Contractui mutui affinia esse (1) *Contractum Mohatræ*, vocabulo Hispanico, i. e. simulatæ venditionis, cum quis pecunia egenti, certas merces cariori pretio, credit, ut ex illarum venditione pecuniam consequatur. Hic est illicitus, cum sapiat usurariam pravitatem. vid. hac de re Ziegleri *disputatio*.

Affinia: a) Contractus Mohatræ.

(2) *Montes pietatis*, com magnæ pecuniæ quantitas a ditioribus in commune confertur, hoc fine, ut inde mutuum, pro pignore qualicunque, pauperes sub fœnore capere possint, vulgo ein gemeiner Wechsel. Hi quidem possunt tolerari, si certis limitibus circumscribantur. Ejusmodi mons Pietatis ante aliquot annos Hamburgi est institutus, quem *Lombert* vocant.

b) Montes pietatis.

(3) *Contractum vitalitium*, cum, pro sorte perpetuo creditori addicta, quotannis decem, sedecim, imo major quantitas usurarum, pro centum, petuntur. Hic etiam defendi potest, ob incertitudinem vitæ, modo probabilis vitæ terminus, secundum *L. 68. ad L. Falcid.* attendatur.

c) Contractus Vitalitius.

Nota 4.) in mutuo nummario spectandum esse tempus contractus, nullo monetæ discrimine, sive sit major, quam grossam vocant, sive minuta, uti satis, opinor, demonstratum est, Resol. Lauterb.

In mutuo numerario quodnam tempus spectandum sit?

E

De varietate monetæ.

Lauterb. *tit. de R. C. pag. 177. seqq.* Cæterum imperialis, secundum modum Zinnensem, nach dem Zinnischen Fuß, cusus, minor est Joachimico, quinque grossis: contra vero, modo Lipsiensi, nach dem Leipziger Fuß, æstimatus, Zinnensi levior est, tribus grossis, atque adeo Joachimico tenuior, octo grossis. Quamobrem concors est Collegiorum, inprimis Sax. Elect. sententia: debitorem, qui centum imperiales *ante 27. Aug. st. vet. 1667.* quo cudi cœpit moneta secundum modum Zinnensem, mutuatus sit, ad restituendos centum & viginti imperiales cum viginti grossis, secundum modum Zinnensem; vel centum, triginta tres imperiales cum octo grossis, secundum modum Lipsiensem, teneri: item eum, qui centum imperiales *ante* $\frac{16}{26}$. *Januar. 1690.* quo Lipsiensis modus cœptus est, crediderit secundum modum antea receptum Zinnensem, centum & duodecim imperiales cum duodecim grossis, secundum Lipsiensem repetere posse. Duo restant hic commemoranda; alterum: discrimen modorum, Zinnensis & Lipsiensis, quoque extra Saxoniam Electoralem, regiones item Brandenburgicas & Luneburgicas, aliis in locis usu receptum esse, alterum: debitorem bene sibi consulere, si quidem centum, secundum modum Zinnensem mutuo acceptos, eodem modo restituat, quum centum in ejusmodi moneta, præsertim Brandenburgici & Luneburgici axiomatis, comparari pro centum & septem, octove, secundum Lipsiensem modum, queant, ut experientia testatur. Nec vero est, quod creditor ita tantundem sibi non reddi, queratur, cum moneta, ante modum Lipsiensem cusa, nullo auctoris discrimine, idonea, patent-mäßig, esse præsumatur.

XII.

Quæstio Senatus trigesima tertia de eodem argumento.

Eodem pertinet e quæsitis, quæ nomine Senatus Elect. Sax. Anno CIↃIↃCXCIX. concinnavi, *trigesimum tertium:*

33. Trifft die Ordnung folgende Frage:

Ob die 28. Constitution part. 2. worinn geordnet, daß, wenn Schrot und Korn, also bonitas intrinseca, an der Müntz verändert, die Bezahlung der Müntze, so tempore contractus ganghafftig gewesen, oder, da selbige nicht zu haben, nach derselben æstimation und Werth geschehen solle, ebenmäßig vom Current-Gelde zu verstehen?

Bey dieser Quæstion haben wir, ungeachtet Anfangs bey einigen unsers Mittels ein und andrer Zweiffel sich ereignen wollen, uns kein Bedencken machen mögen, affirmative zu concludiren, gestalt angeregte 28. Constitution part. 2. in Gemein, ohne Benennung

nung des Species-Geldes, verfasset, demnach um so viel desto mehr aus denen gemeinen Käyserlichen Rechten zu erläutern, als welche gantz deutlich bewähren, daß, des Mutui Natur und Eigenschafft nach, tantundem restituiret werden müsse, L. 3. de Reb. cred. Gleichwie nun das Geld dreyerley in sich begreiffet, (1) materiam, id est, metallum cum bonitate sua spectatum, (2) quantitatem, proprie dictam, i. e. pondus, dann (3) formam, i. e. testimonium publicum de materia & quantitate L. 1. pr. de contrah. emt. davon das 1. Korn, ingleichen Gehalt, das 2. Schrott und Gewicht, endlich das 3. Schlag, Gepräge, Uberschrifft benennet wird, Müntz-Ordnung Ferdinandi de Anno 1559. Also ist, damit selbigem Contract ein Gnüge geschehen möge, von nöthen, daß tantundem, was materiam, pondus und formam, Korn, Schrott und Schlag betrifft, dem Gläubiger hinwieder erstattet werde. Unde & pecuniam numeratam dicimus, quod eam ad numerum dare possimus. Wannenhero sich erledigет, daß, wenn an dem Gelde, Korn und Schrott vermindert worden, die Wiederbezahlung an dergleichen Müntze, ungeachtet selbige mit der entlehnten einerley Gepräges, dem Gläubiger nicht zuzumuthen, wie denn dagegen auch, wenn bonitas intrinseca vermehret wird, solches dem Schuldner billig zu gute kömmet. Worweder (1) mit Bestande nicht eingewendet werden mag, daß die leichtere Müntze zur Zeit der Wiederbezahlung eben so viel würdig sey, als die ausgeliehene schwerere zur Zeit des Anlehns gegolten, demnach der Gläubiger in Mangelung eines Interesse dißfalls sich nicht zu beschweren habe. Alldieweil vors 1. in mutuo nummario gedachter massen auff die corpora selbst das Absehen zu richten, da in Gegentheil die bonitas extrinseca, der Werth oder die Würderung, nichts anders, als eine comparatio unius monetæ cum altera, und dahero aliquid mere extrinsecum, welches so wenig sine corporibus bestehen mag, als ein accidens ohne subjecto. Bey welcher Bewandniß die Verminderung oder Erhöhung solchen Werths dem Schuldner weder schädlich noch vortheilhafftig seyn kan, da besonders selbiger in dessen Macht nicht beruhet, sondern ab usu hominum, jussuque superioris dependiret. Wie denn vors 2. nicht zu läugnen, daß der Gläubiger hierbey ein merckliches Interesse habe, in Erwegung, daß, wenn die bonitas intrinseca an dem Gelde in deterius geändert wird, so dann auch nach Proportion solchen Abgangs die Waaren in gemein auffzuschlagen

und theuer zu werden beginnen. Nun aber geben die gemeinen Rechte klare masse, ne in aliam quidem formam esse cogendum creditorem nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit L. 99. de solut. Ferner und zum (2) ist obiger unsrer Meynung nicht entgegen zu setzen, daß dem Landes-Fürsten hierdurch einiges Nachtheil zugezogen werde, gestalt dessen Intention dahin gerichtet, daß die nach Gelegenheit derer Zeiten, zum Exempel nach dem Leipziger Fuß, geprägte leichtere Müntze vorizo den Werth der vorigen schwerern, so zum Exempel auf dem Zinnischen Fuß gegründet haben, keinesweges aber auch berührter Werth auf die vorigen Zeiten, da die schwerere in eben der Würderung allein gangbar gewesen, zu der Gläubiger Schaden retrotrahiret werden solle, wie denn vors (3) wegen Variation und Abwechselung der innerlichen Bonität an dem Gelde keine Ungewißheit vorgeschützet werden mag, in mehrer Betrachtung, daß, auff was masse von Zeiten zu Zeiten die Müntze solcher Gestalt verändert werden, aus denen bey der Müntze verhandenen Nachrichtungen gantz genau zu erlernen. Endlich und (4) mag das am 13. Julii 1623. ausgelassene Chur-Fürstliche Sächsische Mandat, worinn die Zahlung derer Schulden, ohne Unterscheid der Zeit, wenn solche gemachet, mit gangbarer Müntze zu leisten anbefohlen worden, der widrigen Meynung nicht zu statten kommen, alldieweiln selbiges, vermittelst des darauff den 25. Julii 1656. erfolgten Mandats, hinwieder sattsam erläutert, und darinn ausdrücklich geordnet worden, daß hinführo die 28. Landes-Constitution part. 2. præcise beobachtet, und Inhalts derselben die Wiederbezahlung andrer Gestalt nicht, als nach dem Werth, so zur Zeit des Contracts gewesen, dem Schuldner aufferleget werden solle. Wie nun, Gnädigster Churfürst und Herr, angezogener Meynung gemäß, wir zum öfftern, insonderheit Term. Trinitatis 1695. in causa Kottin contra Wecken gesprochen, so wohl unser Erkänntniß nach Berlichii doctrin part. 2. conclus. 35. n. 40. seqq. Termin. Martini gedachten Jahres in causa Dr. Schwendendörffers contra Christoph Vitzthumb von Eckstädt auff den Fall, da die Wiederbezahlung in Current-Gelde an gangbarer unverruffener Müntze verschrieben worden, erstrecket; Also untergeben Eu. Churfürstl. Durchl. Hoher Landes-Fürstlichen Verordnung auch solches alles. Wir in unterthänigster Devotion lediglich.

XIII. Al-

XIII.

Altera Contractuum realium species est *Commodatum*, ex quo *actio commodati* competit duplex, una *directa*, ex obligatione principali, commodanti contra commodatarium, ad rei commodatæ restitutionem: altera *contraria*, ex obligatione secundaria & accessoria, commodatario contra commodantem, ad præstandum id, quod commodatario abest; v. c. ad restituendas impensas, scilicet extraordinarias & insolitas. Nam ordinarias non repetit commodatarius *l. 18. § 2. Commod.* Formula directæ pene eadem est, quæ in actione mutui, si quidem excipias materiam petitionis: nam actione commodati directa, petitur idem specie, eben dasselbe; actione mutui autem, idem genere, eben dergleichen. Nota differentias commodati & precarii: 1. ratione *finis* sive usus: Precarium constituitur ad usum simpliciter; Commodatum vero ad certum usum. 2. Ratione *effectus*: Precarium semper est revocabile, *L. 2 §. 2. de precar.* etiamsi, ne res, precario concessa, intra annum revocetur, convenerit. conf. tamen Brunnem. ad *L. 12. d. t.* quem notat Struvius *in Decis. Sabb. c. 4. Dec. 11.* At Commodatum, ante finitum usum, revocari non potest. 3. Ratione *culpæ*. In precario præstatur culpa lata tantum, *L. 8. §. 3. de precar.* in commodato autem etiam levissima, *L. 5. §. 2. Commodati.* 4. Ratione *hæredis*: hæres commodatarii simpliciter tenetur, *L. 12. de O. & A.* hæres autem precario rogantis non aliter, nisi quatenus ad ipsum pervenerit, *L. 8. §. ult. de precar.* At concessio ad preces, die Vergünstigung, non statim fit precarium, sed tum demum, cum in concessione qualitas precarii exprimitur, *arg. L. 1. de precar.* Sequitur cautela ex parte commodantis, ut rem commodatam æstimandam curet, ne deinceps, ea ex culpa commodatarii vel peremta, vel deteriore reddita, æstimationem probare cogatur. Quid autem, si res amissa reperiatur? ea tum erit commodatarii, si commodans æstimationem sibi restitui, stipulatus fuerit, *L. 1. §. 1. Commod.*

2) Commodatum, unde A. Commodati.

Differentia inter commodatum & precarium.

Concessio ad preces.

Cautela commodanti observanda.

XIV.

Tertia Species est *Depositum*, unde *actio depositi*, quæ itidem duplex est, una directa ex obligatione principali: Daß Kläger Beklagtem 500. Thlr. in einem versiegelten Sack auffzuheben gegeben, oder einen versiegelten Kasten zur Verwahrung bey ihm eingesetzet, gestalt auch Beklagter solches zu sich genommen rc. competens deponenti, contra depositarium, ad restitutionem rei depositæ: Daß Beklagter die deponirten 500. Thlr. oder den libellirten Kasten,

3.) Depositum, unde A. depositi.

ſten, Klägern auszuantworten ſchuldig: altera ex obligatione acceſſoria: Daß Kläger das von Beklagten bey ihm eingeſetzte Stück angenommen und verwahret, aber nachher, v. c. Unkoſten darauff gewendet, competens depoſitario, contra deponentem, ad præſtandum id, quod depoſitario abeſt: Daß Beklagter ſolche auff das deponirte Guth verwendete Unkoſten Klägern hinwieder zu bezahlen ſchuldig. Quo loco inprimis obſervandum, 1.) Depoſitum etiam circa rem immobilem contrahi poſſe, ſcil. toties, quoties cuſtodia ſimplex alicui committitur: quoties autem cuſtodia rei immobilis conjuncta eſt cum adminiſtratione, toties mandatum contractum intelligitur. Utilitas hujus diſcriminis conſiſtit in præſtatione culpæ, vid. Reſol. Lauterb. *tit. depoſ. quæſt. 2.* 2.) Regula eſt præcipienda: quoties quis rogatus, recipit depoſitum, toties culpam tantum latam præſtare debet; quoties autem ſe offert, toties etiam levem, *L. 1. §. 35. de Depoſ.* 3.) Cautela notanda: ne pro cuſtodia promittatur merces, quia tum degenerat depoſitum in locationem conductionem, *L. 1. §. 9. depoſ.* ſed ut pacto honorarium, eine Diſcretion, promittatur, vel privilegia depoſiti reſerventur. 4.) Adjiciendum, actionem depoſiti ſummariam eſſe, *L. 11. C. hic.* non tamen ſtatim executivam, quia eſt actio famoſa, niſi tamen clauſula guarentigii & paratæ executionis inſtrumento adjecta ſit, tunc enim executiva eſt; quanquam propterea non infamat, ſecundum regulam: executio nunquam infamat. Ita quidem vulgo. At ego putarim, nihil vetare, quo minus ex inſtrumento depoſiti agi queat executive, quamvis eidem prædicta clauſula non fuerit adjecta, utpote quæ ſemper ejusmodi inſtrumento ineſt, atque adeo fruſtra exprimitur.

An res immobilis deponi queat?

Qualis culpa in depoſito præſtanda?

An merces in depoſito intervenire poſſit?

A. depoſiti eſt ſummaria.

XV.

IV. Contractus pigneratitius, unde A. pigneratitia.

Quarta ſpecies eſt *Contractus pigneratitius*, der Pfand-Contract, ex quo venit *actio pigneratitia*, eaque duplex, alia *directa*, alia *contraria*. *Directa*, ex obligatione principali, competit debitori contra creditorem: Daß Kläger Beklagten, gegen ein Darlehn von 1000. Thaler, ſein Haus zum Unterpfande auff 2. Jahr eingeſetzet und würcklich übergeben, ad reſtitutionem pignoris, ſoluto debito: Daß Beklagter, nach Erlegung obigen Darlehns, ſolches Haus Klägern hinwieder zu übergeben und einzuräumen ſchuldig. *Contraria*, ex obligatione ſecundaria, competit creditori contra debitorem: Daß Beklagter, zu Verſicherung des ihme vorgeſtreckten Capitals, etliche güldne Ringe, ſo aber nach eingezogener Erkundigung nicht Beklag-

Beklagtens eigen, sondern einem andern zuständig, Klägern versetzet, ad præstandum id, quod creditori abest: Daß Beklagter, an statt der eingesetzten Ringe, ein anderes und tüchtiges Pfand Klägern zu verschaffen schuldig. Nota 1.) hoc loco duum generum contractus concurrere, alterum principalem, plerumque mutuum, alterum accessorium, i. e. pigneratitium; Item rem pignori tradi dupliciter, 1. vere, 2. ficte. Utrumque sufficit quidem ad consequendum jus in re pigneratitium; minus autem ad contractum pignoris, cum in eo vera præ-requiratur traditio. Compara Resol. Lauterb. *tit. de pignerat. act. pag. 219. seq.* 2.) Contractum pigneratitium cum contractu retroventitionis sæpe confundi, cum tamen hi duo contractus maxime inter se discrepent: *a) Nominibus:* Aliud enim est, ein Pfand-Contract, aliud, ein Wiederkauff; aliud, Pfands-aliud, Wiederkauffs-Weise; aliud, Pfands-Schilling, aliud, Kauff-Geld: denique aliud, Pfands-Innhaber, aliud, ein Käuffer. *b) Effectu:* Contractu pigneratitio constituitur tantum jus pignoris; contractu autem retrovenditionis transfertur dominium. Hinc contractus retrovenditionis, modo creditori, modo debitori, est utilior: creditori quidem regulariter, inprimis ratione fructuum; debitori autem, quod ad periculum *L. 2. in fin. de Leg. Commissor.* nisi pacto periculum in debitorem translatum sit: Daß der Verkäuffer in gesetzter Zeit den Schaden über sich allein nehmen, und nach Verfliessung solcher Zeit nichts destoweniger das vollkommene Kauff-Geld hinwieder erlegen solle, quæ insignis est cautela, ex parte creditoris. Compara Resol. Lauterb. *tit. de pign. act. p. 221. seqq.* ubi prolixius differentiæ edisseruntur.

Quot contractus concurrant?

Qualis intelligatur traditio?

Differentia inter Contractum pigneratitium & retrovenditionis: a) ratione conceptionis verborum. b) ratione effectus.

XVI.

Alterum genus contractuum nominatorum est contractus *Verbalis*, sive *Stipulatio.* Hæc autem duplex est, alia *principalis*, alia *accessoria.* Ex *principali* venit actio ex stipulatu, eaque ratione materiæ, duplex, condictio certi, & actio ex stipulatu in specie. Fundamentum est obligatio, ex stipulatione: daß Beklagter Klägern, auff dessen vorhergehendes Befragen, versprochen, wegen seiner treulich geleisteten Dienste, zu seinen Unterhalt 100. Thlr. Jährlich auszuzahlen; Petitio vero dirigitur in consecutionem rei, per stipulationem promissæ: daß Beklagter die versprochenen 100. Thlr. Jährlich Klägern auszuzahlen schuldig. Nota 1.) Hodie stipulationem non quidem esse necessariam, ob receptum pactorum usum, nihil tamen vetare, quo minus eadem contrahi queat. Immo toties ea fieri intelligitur,

II. Contractus verbalis, s. stipulatio, quæ est vel 1.) principalis, unde A. ex stipulatu.

De usu stipulationis hodierno.

ligitur, quoties alter alterum alloquitur: estne ergo ita, quod tu velis mihi dare, vel præstare, hoc vel illud? So bleibt es demnach darbey, habe ich mich darauff zu verlassen? alter vero respondet: est, esto, erit ita: es bleibt darbey, er hat sich darauff zu verlassen. Similis apud Germanos recepta solennitas est: 1. *junctio manuum*, dextræ datio, mit Handgebender Treu. 2. *Compotatio*, cum unus, si res, inquit, ita est, ut ita sit & perseveret, tunc tibi propino: wenn denn der Handel richtig, so gilt dirs drauff; & alter respondet: es bleibt darbey, GOtt gesegne es. Ideo tamen non dixerim cum nonnullis, hodie ex pacto nudo dari actionem propterea, quod fingatur, stipulatio intervenisse, quum omnino veteribus Germanis pactorum suffecerit simplicitas, vid. Resol. Lauterb. *tit. de pact. pag. 73.* Nota 2.) Stipulationem sua vi sustineri, & separatum contractum constituere, §. *ult. I. de oblig. L. 1. §. 1. de O. & A.* quod intelligendum est, ut stipulatio, sine caussa facta, summo quidem jure valeat, actionemque producat, sed, opposita exceptione doli, elidatur, *l. 2 § 3. de dol. mal. & met. except. l. 15. de fidejuss.* Berlich. *Dec. 96.* Conf. Resol. Lauterb. *tit. de V. O. pag. 795.* Nota 3.) Stipulationi clausulam doli subjici solere, *L. 119. de V. O.* cui respondet Germanorum formula: Treulich, sonder arge List und Gefährde, quæ quidem in contractibus bonæ fidei abundat; in contractibus autem stricti juris operatur obligationem solidariam in persona hæredis, *arg. L. 121. §. ult. c. t.* Regula: quoties dolus committitur extra contractum, toties hæres non tenetur: quoties autem dolus committitur in contractu, toties, si contractus est b. f. hæres tenetur in solidum, *L. 152. §. 3. d. R. I.* sin stricti juris, tenetur eatenus tantum, quatenus ad eum pervenerit, *dict. L. 121 §. ult.*

Requiritur caussa. — *De clausula: sine dolo.* — *Regula.*

XVII.

Stipulatio accessoria dicitur *Fidejussio*: unde descendit *actio fidejussoria*. Fundamentum est obligatio ex fidejussione: Daß Beklagter gegen Klägern, vor die von Cajo geliehene 2000. Thlr. Capital, und Interesse moræ, sich verbürget, oder, als Bürgen anheischig gemachet; Petitio, ut solvat: Daß Beklagter die libellirten 2000. Thaler Capital, nebst dem Interesse moræ, Klägern zu erstatten schuldig. Nota 1.) Hodie fidejussionem etiam pacto fieri posse, quod, ratione *effectus* inita, intelligendum, ut nihil intersit, utrum alter alterius obligationem in se recipiat, adhibita interrogationis, ac responsionis, solennitate, an alia quacunque ratione: alioquin ipsa rerum natura moribus mutari non potest. Nota 2.) Cautelam pro creditore: ut

2.) Stipulatio accessoria, s. fidejussio, unde A. fidejussoria. — *Quomodo hodie fiat fidejussio?* — *Cautela ratione creditoris.*

ut in instrumento fidejussionis clausulas obligationis validioris, v. c. oppignerationis bonorum, repetendas curet, idque, vel expresse, vel per relationem, quod tamen tum fieri non censetur, cum quis instrumento cambii subjicit: se prædictam summam, obige Post, in casum moræ, a debitore contractæ, soluturum, prouti ostensum est in Elect. proc. Executiv. *th. 41.* Nota 3.) Inter debitorem & fidejussorem contrahi mandatum, §. *6. I. hic* ita, ut ex eo actio mandati directa competat debitori contra fidejussorem; fidejussori autem adversus debitorem contraria. Fidejussor etiam, antequam solvat, a creditore petere, aut minimum protestari, potest, ut sibi cedantur actiones, cum contra confidejussores, tum contra debitorem: quorum alterum est necessitatis, alterum interdum, puta eo casu, cum actio pinguior, veluti cum hypotheca conjuncta, sit utilitatis. Contra vero fidejussor, cum citra pactum, aut protestationem, pecuniam, ex caussa stipulationis debitam, solvit, non præsumitur, eandem ex nova caussa, contractæ cum creditore emtionis, solvere. Ac, quamvis fidejussor solvens inprimis id intendat, ut ipse liberetur; tamen hoc quoque, jure ita disponente, agit, ut & debitor & confidejussores obligatione eximantur. Cum enim a tertio solutio fieri possit, hoc effectu, ut invitus etiam debitor liberetur, quidni, a fidejussore facta, solutio, eundem & confidejussores, nec repugnantes, liberare posset? Enimvero ab obligatione fidejussoria, ad principalem minus recte inferas, quoties per exceptionem tollitur fidejussoria, cum altera sine altera consistere possit. At, cum ipso jure fidejussoria tollitur, fieri nequit, quin simul eodem modo perimatur principalis. Quodsi vero fidejussor, antequam solvat, emat a creditore nomen, aut solvat, animo contrahendæ novæ obligationis, recte dicemus, solutionem fidejussoris non officere, quo minus deinceps cedi nomen queat, imo debeat; quum idem mercis locum subeat. Neque vero opus fuerit expressa emtionis venditionis caussa, sed suffecerit pactum de cedendo actiones, utpote quod JCti ita benigne sunt interpretati, ac si ex caussa venditionis, & tanquam pro pretio cessarum actionum, facta fuisset solutio, *L. 76. de solut.* Extra quos casus, jus exsipiendi ac retinendi, donec sibi cedatur nomen, non agendi cogendique, habet fidejussor. Quam quidem sententiam, non impediente Carpzovii dissentientis auctoritate, secutus est Ordo Vitemb. *M. Martio 1700.* Cæterum, utrum beneficio cedendarum actionum valide queat renunciare fidejussor, sæpenumero disquiri solet. Vulgo negatur, propterea quod creditoris non intersit. At enim interest ejusdem, obtentu

Quale negotium inter debitorem & fidejussorem intercedat? De beneficio cedendarum actionum.

obtentu hujus beneficii non tardari solutionem. Igitur putarim, in tantum valere renunciationem, ne differre queat solutionem fidejussor, ita tamen, ut deinceps cessionem petere possit, modo, re adhuc integra, se protestatione communiverit. Sed & interdum alia ratione interesse potest creditoris, veluti, cum, moto adversus debitorem concursu, deducto eo, quo se obligavit fidejussor, tantum non superest, quantum ad exsolutionem residui requiritur, quandoquidem, concurrente pro rata fidejussore, prædictum residuum comminuitur. Quæ observatio incidit in Jud. Lusat. *M. Octobr. 1699.*

XVIII.

III. Contractus Chirographarius, unde A. Chirographaria.

Tertio sequitur *Contractus Chirographarius*, sive *literalis*, qui substantiam capit ex literis, æque ac stipulatio perficitur verbis. Immo verba (concepta, civilia) sunt, vel dicta & ore perlata, vel scripta & perpetuum loquentia, quorum illis stipulatio, his autem contractus chirographarius initur. Unde oritur *actio chirographaria*, sive condictio ex literis, quæ, exemplo actionis ex stipulatu, pro alia atque alia ratione materiæ, modo in specie talis, quoties incertum; modo condictio certi, quoties certum petitur, dici queat. Fundamentum est obligatio literarum, quam etiam scripturariam vocare possis: Daß Beklagter, vermöge seines schrifftlichen Bekänntnisses und Zusage, Klägern mit 500. Thlr. verhafftet; Petitio, ut reus, facta recognitione, solvat: daß Beklagter obberührtes schrifftliches Bekänntniß zu recognosciren, und so dann die libellirten 500. Thaler etc. Klägern zu erstatten schuldig. Nota 1.) In contractu Chirographario requiri, (1) præter confessionem, promissionem quoque solvendi, quippe sola confessio numeratæ & acceptæ pecuniæ non sufficit, *arg. L. 1. & 4. de non num. pecun. conf. L. 26. §. ult. depositi.* (2) Expressionem caussæ debendi, ejusdemque specialis, v. c. mutui, (generalis enim caussa, v. g. contractus, non sufficit) Obligatio literaria, quæ indiscrete, i. e. omissa caussa, loquitur, summo quidem strictoque jure producit actionem, quæ tamen, opposita exceptione doli, speciatimque deficientis caussæ, elidi potest, *arg. L. 2. §. 3. de dol. mal. & met. except.* Ut proinde caussa non ad existentiam quidem, sed subsistentiam tamen obligationis literariæ requiratur. Sequuntur exceptiones: nisi *a*) contractui subjiciatur juramentum, secundum principia Juris Canonici. *b*) Exceptioni deficientis caussæ expresse renuncietur. *c*) Confessio geminata accesserit, utpote quæ cum judiciali exæquatur, Illud autem non refert, caussa, naturalis & civilis simul sit, an solum naturalis, *arg. L. 16.*

Mentio acceptæ pecuniæ non sufficit.

Caussa debendi specialis exprimenda est.

Exceptiones.

Ampliatio.

L. 16. de donat. nec, utrum obligatio contineatur charta nova, an deletitia, cujusmodi instrumentum opistographum vocatur, *L. 4. de bonor. possess. secund. tabb.* Compara Cujac. 8. *observ. 15.* Mornac. ad *dict. leg.* Nota 2.) Obligationem literarum non solum ex caussa mutui, sed aliis etiam ex caussis oriri, per ea, quæ afferuntur Resol. Lauterb. *tit. de R. C. quæst. 1.* Ubi juvat, meminisse regulæ: quoties in contractu chirographario caussa mutui subest, toties ea juris beneficia, quæ alias mutuatario competunt, locum habent. Qua ratione dubiis, a civitate & filiofamilias petitis, optime satisfieri potest, vid. Resol. Lauterb. *dict. quæst. 1. pag. 181.* Nota 3.) Obligationem literarum ante biennium esse civilem tantum, post autem mixtam, quia ante biennium exceptio non-numeratæ pecuniæ competit, deinceps autem cessat, &, ex veriori sententia, omnino quidem, *arg. L. 8. 10. 14. pr. & §. 3. C. de non num. pecun.* salva tamen exceptione doli speciali, *arg. L. 5. §. ult. de dol. mal. & met. except.* Neque secus hodierno summi provocationum Senatus Elect. Sax. usu servatur, quandoquidem ibidem, elapso biennio, locus exceptioni non-numeratæ pecuniæ denegatur. Quamvis cætera Collegia adhuc sequantur sententiam, qua præscriptio illa biennii ad privilegium probationis adstringitur, usque dum stylus laudati Judicii Superioris, idemque recognita ordinatione processus comprobatus, in Legem abeat. Immo, si dicendum, quod res est, privilegium illud probationis genio fori Germanici minus convenit, ita quidem, ut exceptio non-numeratæ pecuniæ, etiam intra biennium contra instrumentum gvarentigionatum opposita, non valeat aliter, quam si ab ipsomet reo in continenti probata dari queat. Tantum abest, ut actorem, intra biennium, probationem numerationis aliunde, quam ex ipso chirographo, suscipere oporteat: id quod, quamvis in foro parum attendatur: nihilo tamen secius pariter, recognita, quam prædixi, ordinatione processus, placuit, vid. Electa proc. Executiv. *tb. 33.* Restant hoc loco casus, quibus exceptio non-numeratæ pecuniæ cessat, 1. si numeratio fiat coram Notario & testibus, *arg. Auth. si quis vult. C. qui pot. in pign. Nov. 73. cap. 2.* 2. si confessio factæ numerationis fiat iterato, i. e. scripturis, numero & tempore diversis. 3. si debitor juret, se accepisse: jusjurandum vero de restituendo non sufficit. Immo sunt, qui jusjurandum etiam, super accepto mutuo præstitum, sufficere, negant; vicissim alii, qui hoc casu relaxationem juramenti petendam esse, svadent.

Contractus Chirographarii materia.

An exceptio non-numeratæ pecuniæ post biennium opponi queat?

Quando cesset exception. p.

XIX.

IV. Consensuales, quales sunt 1.) Emtio, Venditio, unde Restant *Contractus Consensuales*, quorum forma specifica a materia dependet, quum cæterorum, puta realium, verbalium & literalium, a modo determinetur. Prima species est *Emtio Venditio*, Kauff-Contract, quæ constat 1. consensu, 2. de re, 3. pro pretio tradenda. Ex hoc contractu *actio* descendit *Emti, Venditi*. *A. emti, venditi.* Fundamentum actionis Emti est obligatio ex emto: Daß Kläger von Beklagten das Haus vor 1000. Thaler Kauff-Summa erkauffet, inmassen auch Kläger seines Orts angeregtes Kauff-Geld allbereit offeriret, oder gezahlet: quorum alterum est fundamentum actionis, alterum, proprie, executionis, utpote quod non necessario libello inseritur, sed per modum replicæ, contra exceptionem non secuti implementi, deinceps in judicium deduci potest. Petitio est, ut reus rem venditam tradat, daß Beklagter, gegen Annehmung derer offerirten 1000. Thaler Kauff-Summa, das libellirte Haus Klägern abzutreten und einzuräumen, auch das Eigenthum daran gerichtlich auffzulassen schuldig. Fundamentum actionis Venditi est obligatio ex vendito: Daß Kläger Beklagtem sein Haus vor 1000. Thlr. verkauffet, inmassen er auch seines Orts, solchem Contract zu folge, ihme berührtes Haus einzuräumen und in Würden zu reichen erböthig; Petitio: ut reus pretium solvat: Daß Beklagter das libellirte Kauff-Pretium derer 1000. Thaler Klägern zu bezahlen schuldig. *Obligatio ex hoc contractu est successiva.* Nota 1.) Libellum actionis Emti principaliter ad ipsam rem tradendam; in eventum autem, h. e. in casum, si venditor non possit tradere, simul in id, quod interest, concipi. Nempe venditor regulariter præcise ad ipsam rem tradendam *L. 11. §. 2. L. 46. de act. emt. vend.* interdum tamen, ex necessitate rei, i. e. si rem non habeat, ad id, quod interest, tenetur. vid. Resol. Lauterb. *dict. tit. quæst. 3.* quo quidem vocabulo intelligendum est, non solum damni, sed & lucri, interesse, ita, ut utrumque ad duplum usque ascendere possit, *arg. L. un. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, profer.* *Cautela pro emtore.* Quorsum pertinet cautela pro *Emtore:* ut in casum rei deficientis, ad vitandam probationis difficultatem, duplum sibi curet promittendum, *L. 56. de evict.* *Qualis possessio tradenda sit?* Nota 2.) possessionem rei venditæ vacuam, absolute, h. e. ab omni possessore, tradendam esse, ut obligationi satisfiat, *L. 2. §. 1. L. 3. de act. emti.* Alioqui sufficit, tradi possessionem vacuam, secundum quid, h. e. a civili possessore, ut dominium in emtorem transferatur, *L. 8. C. d. t.* Nempe, ut venditor obligationi suæ satisfaciat, debet fundum ita tradere, ut nemo alius in eo

sit:

sit: ut autem dominium transferat, sufficit, eum ita tradi, ut nemo in eo sit, qui se pro domino gerat, atque adeo fundum sibi possideat, veluti bonæ fidei possessor: quamvis fortassis alius in eo sit, qui non animo domini, sed alia de caussa eum detineat, puta conductor. Nota 3.) Quo dominium traditione transferatur, prærequiri, ut, vel solutum sit pretium, vel fides saltem de eo habita, *§. 41. I. de R. D.* sive expresse, sive tacite, v. c. cum terminus solutioni dictus sit, wenn die Zahlung auff Termine gesetzet wird; aut si venditor usuras stipuletur, etiam alternative, ut vel confestim solvat emtor, vel usuras præstet, quum in alternativa obligatione electio sit debitoris, prouti in Collegio Vitembergensi libuit pronunciare, *M. Januar. 1703.* in caussa Marien Schluterin Erben contra Henning Christoph Meyern, a Judicio Goslar. eo transmissa. In quibusdam locis, ad transferendum rei immobilis dominium, requiritur judicialis resignatio, die Lehns-Aufflassung, neque tantum jure Saxon. Elector. *Decis. 16.* sed & communi, *Lib. 1.* Land-Recht *art. 52.* ubi vocabulum, *donandi*, accipitur, more tum consveto, & cum Francis communi, pro *dare* in genere, donner, geben. Ubi monendum est, proprie, aliud esse, in Lehn, aliud in Würden bringen, oder Gerichtlich ab- und zuschreiben lassen: Prius enim dicendi genus pertinet ad res feudales, emphyteuticas atque censiticas, utpote in quibus proprie valet investitura, quum illæ res præsupponant duplex dominium, directum aliud, aliud utile: quorum postremum ab alio per investituram confertur, ab alio vero accipitur & recognoscitur: quamobrem unum idemque bonum, alio atque alio respectu, vocatur, Leih- (ratione dantis) & Sahs- (ratione accipientis) Guth. Contra vero posterius: in Würden bringen, &c. allodio, Erbe, Eigen, convenit, quod a superiore non datur & accipitur, sed pleno jure possidetur, also sich selbst lehnet. Cæterum, uti, præstructis ejusmodi statutis, sola resignatio Judicialis ad transferendum dominium minus sufficit, sed necesse est, ut cum ea traditio concurrat; ita possessor rei venditæ potior est priore emtore, quamvis maxime, ob defectum resignationis judicialis, dominium nondum fuerit consecutus, propterea quod emtori priori adversus possessorem nulla competat actio. vid. programma Resol. Lauterb. subjectum, *pag 891. seqq.* Postremo interest, subjici cautelas (1) pro *Emtore*, ut instrumento venditionis inseratur clausula: Daß Verkäuffer Käuffern, vermittelst Uberreichung des Kauff-Brieffes, in den völligen Besitz des Hauses gesetzet haben wolle, *L. 48. de acquirend. vel amitt. possess.*

Quando dominium transferatur?

Differentia: in Lehn und Würden bringen.

Cautela: 1.) pro emtore.

Possess. Pari modo traditio instrumenti veteris, quo titulus venditoris continetur, dominium transfert, *arg. l. 1. C. de donat.* (2) pro *Venditore*, ut sibi, in casum non soluti pretii, dominium reservet, ubi etiam periculum non est venditoris, sed emtoris, per ea, quæ contra Carpzovium, Huberum, Schilterumque, adducta sunt Resol. Lauterb. *tit. de Leg. Commiss. pag. 328.*

2.) pro Venditore.

XX.

2.) Locatio Conductio.

Unde A. Loc. Cond.

Altera species est *Locatio conductio*, der Pacht- Heuer- oder Mieth Contract, quæ perficitur (1) consensu (2) de usu rei, vel personæ, sive opera, (3) pro certa mercede concedendo. Ex hoc contractu venit *actio Locati, Conducti.* Fundamentum actionis *Locati* est obligatio, ex locato: Daß Kläger Beklagtem sein Guth vor 500. Thlr. Jährlichen Pacht-Zinß, auff 4. Jahr lang verpachtet; Petitio: ut reus mercedem solvat, &,finita locatione, rem restituat: Daß Beklagter den verfallenen Pacht-Zinß Klägern zu erstatten, so wohl das libellirte Guth demselben einzuräumen schuldig. Fundamentum actionis *Conducti* est obligatio, ex conducto: Daß Kläger von Beklagten dessen Guth vor 500. Thaler gepachtet; Petitio: ut reus actori usum rei, vel personæ, i. e. operam, præstet: Daß Beklagter Klägern das verpachtete Guth einzuräumen schuldig. Ubi, quod ad locationem operæ, simplicius dicas, eum, qui mercedem dat, conductorem, eum autem, qui accipit, locatorem esse, atque adeo, proprie, alteri actionem conducti, alteri locati actionem dari. Nota affines locationi conductioni contractus: Prima species est *Locatio partiaria*, quæ quodammodo ex locatione, & societate, commixta est, *L. 25. §. 6. locat.* Locatio est, respectu rei, societas respectu fructuum: Res manent locatoris, fructus fiunt utriusque communes. Quanquam, primario ac revera, tum contrahitur locatio conductio operarum, pro parte videlicet fructuum nascendorum. Sed Locatio partiaria, ratione materiæ, *duplex est*, alia *fundi* sive *agri*, alia *pecorum*, *L. 9. §. 4. dict. tit. L. 8. C. de pact.* Conf. supra *th. 9.* Secunda species est *Contractus Socida*, vocabulo Italico, eoque paulo aliter, ac supra, capto, qui est locatio pecorum pro viliori mercede, cum pacto de recipiendo periculo, cujusmodi pecora dicuntur ferrea, Eysern Vieh. Ubi cautela præcipienda est, ut conductor excipiat casum morbi universalis: wenn unter dem Vieh ein allgemeines Sterben ist. Tertia est *Admodiatio*, vocabulo Gallico, quæ est locatio certorum redituum ex prædio, pro certa annua pensione. Hinc ejusmodi pensionarius dicitur

Affinia Locationis sunt
a) Locatio partiaria.

b) Contractus Socida.

c) Admodiatio.

citur Admodiator, i. e. Pensionarius non nudi agri, sed prædii nobilis cum jurisdictione, ein Amtmann, item Arendator, vocabulo Italico, ein Arendirer, so ein Amt arendiret oder gepachtet hat. Quarta est *contractus Coloniæ perpetuæ*, qui, ex veriori sententia, solo temporis lapsu non transit in Emphyteusin. Quinta est *Contractus Emphyteuticus*, ubi sciendum, agros locatos conductos esse, vel privatos, vel publicos. Publici vicissim sunt vel Vectigales, qui sub certa & perpetua, ipsimet fundo cohærente, pensione traduntur; vel non-Vectigales, qui sub mercede, seu pensione personali: In agris publicis, iisque vectigalibus, transfertur in conductorem dominium; in privatis, & publicis, iisque non-vectigalibus, saltem usus: Vectigales, tempore Constantini M. dici cœperunt Emphyteutici, Erbzinß Aecker, a quibus differunt 1.) *agri censitici*, Zinß-Aecker, non quidem ratione dominii directi, ut DD. vulgo, quoniam utrobique investitura opus est, consequenter dominium directum a concedente retinetur; sed ratione facultatis expellendi dominum utilem, ob non solutum canonem, quæ facultas exulat in censiticis. 2) *Decumani*, novales, zehend Acker, qui præstant decimam fructuum partem, sed sine investitura, unde vocantur censitici meri, schlechte Zinß-Aecker, welche nur einen Zinß-aber nicht einen Lehn-Herrn haben. 3.) Laß-Güther, i. e. prædia locata in longum, sed incertum tempus, cum libera potestate revocandi.

d) *Contractus coloniæ.*

e) *Contractus emphyteuticus.*

A quo differunt a) *agri censitici.*

b) *Decumani.*

c) Laß-Güther.

XXI.

Tertia species est *Societas*, die Mascopey, quæ perficitur consensu, de rebus, lucri in commune faciendi gratia, communicandis: Unde venit *actio pro socio*, cujus fundamentum est obligatio, ex societate: Daß Kläger mit Beklagten eine Gesellschafft abgeredet, dergestalt, daß ein ieder zum Capital 1000. Thaler legen solle; deinde petitio, ut reus ea, quæ Societatis nomine debet, conferat, aut præstet: Daß Beklagter obige 1000. Thaler in die gemeine Gesellschafft zu legen etc. schuldig. Nota 1.) Societatem distingui in *pacatam* & *bellicam*: hæc dicitur admiralitas, & a privatis quoque contrahi potest; illa vicissim alia est terrestris, alia maritima, utraque vel expressa, vel tacita, quæ inducitur ex actu mercantili, eoque non aliam, quam societatis, conjecturam recipiente. vid. Dn. Stryk. *de cautel. contract. sect. 2. c. 10. v. 1. seq.* Porro Societas ratione materiæ est vel generalis vel particularis; illa vicissim est, vel universalis omnium bonorum, vel indefinita, bonorum simpliciter, quæ duæ inter se differunt, ratione 1. *acquisitionis*, 2. *erogationis*. vid. *L. 1. 2. 3. § 1. l. 7. seqq. l. 52. §. 17. l. 53. 74.*

3.) *Societas.*

Unde A. pro socio.

Societas est vel pacata, vel bellica.

Deinde vel generalis, vel particularis.

pro

pro Soc. Regula: in dubio societas bonorum potius, quam omnium bonorum contracta censetur, *L. 7. d. t.* cui subjiciendæ sunt cautelæ: 1.) ne quis facile contrahat societatem omnium bonorum, cum eo, qui habet uxorem fœcundam: 2.) ut frater, natu major, mortuo patre, cum reliquis fratribus sororibusque, contrahat societatem universalem, cujus utilitas est, ut natu major, non deductis iis, quæ hactenus acceperat, deinceps de bonis, quotquot supersunt, ex æquo participet.

XXII.

4.) Mandatum. Unde A. mandati. Superest *Mandatum*, quod contrahitur consensu, de negotio gratis gerendo. Ex quo venit *actio Mandati* duplex, una *directa*, altera *contraria*: *Directæ* fundamentum est obligatio principalis, v. c. daß Kläger Beklagtem, seine aussenstehende Schulden einzutreiben aufgetragen, inmassen auch Beklagter solche Commission willig über sich genommen; Petitio: ut reus negotium mandatum expediat: Daß Beklagter Klägers aussenstehende Schulden einzumahnen und einzubringen schuldig; Contrariæ fundamentum est obligatio secundaria, v. c. daß Kläger zu Eintreibung Beklagtens aussenstehenden Schulden, 100. Thaler Unkosten vorgeschossen; Petitio: ut reus debitum ex mandato præstet: daß Beklagter solchen Vorschuß Klägern hinwieder zu erstatten schuldig. Nota 1.) *Divisio mandati.* Mandatum contrahi, vel super proprio, vel super alieno negotio: In illa specie is, qui mandat, mandans dicitur; in hac autem mandator: ibi mandatarius vocatur Procurator; in hac autem Creditor; ibi contrahitur principaliter, hic autem tantum præparatorie vel accessorie, ita ut mandator veluti mediator, ac conciliator consideretur, atque fidejussori æquipolleat: ibi mandatarius alieno, nempe mandantis; hic autem suo nomine contrahit: de prima specie agitur *tit. π. de Procuratoribus*; de altera autem *tit. de Fidejussoribus, & mandatoribus*: illa species Germanis vocatur eine Vollmacht; hæc autem eine Gutsagung, ein Geheiß, it. auff des andern Wort. Cæterum a posteriori specie mandati, quæ contrahitur super negotio alieno, differt (1) Consilium, (2) Commendatio. Utraque enim species regulariter non obligat, *L. 12. §. 12. Mandat. Conf. Decis. 42.* Nota 2.) Mandatarium fines mandati diligenter custodire oportere, *L. 5. & 46. Mand.* Ex quo consequitur, eum, cui mandatum est, ut, nundinis Lipsiensibus instantibus, Titio solveret centum, consueto solutionis tempore, zur gewöhnlichen Zahlungs-Zeit, ex mandato teneri, si antea,

A. Mandato differt consilium & commendatio.

De officio mandatarii.

antea, noch vor der Zahl-Woche, solvat, Titio deinceps mox foro cedente, quod notandum est contra Carpzovium *Dec. 132.* Nempe alia hic ratio est mandantis, sive debitoris principalis; alia mandatarii, ille quidem libere anticipare potest, hic autem minus. Nota 3.) In mandatario, jure Romano, exactissimam diligentiam requiri, *L. 13. C. Mandati. L. 21. ff. eod.* At, moribus fori Germanici, tum demum, ubi honorarium aut salarium, aut simile quid acceperit, ut hodie plerumque fieri solet. Quodsi ei, qui sibi ipsi debitorem obligatum habebat, ego mandem, ut meum debitum ab eodem recipiat, quæritur, an teneatur, si mandantis credito suum anteferat? Interest, utrum mandatarius, dissimulato suo credito, mei exactionem susceperit, necne: primo casu tenetur, posteriori non tenetur. *De culpa a mandatario præstanda.*

XXIII.

Restant *quasi-Contractus.* Prima species est *Negotiorum Gestio.* Actio inde veniens, *negotiorum gestorum,* duplex est, una directa, altera contraria: *Directa* fundamentum est obligatio principalis, v. c. Daß Beklagter ohne Klägers Befehl und Vorbewust, der ihme angefällenen Erbschafft sich angemasset, und solche administriret; Petitio, ut reus debita ex negotiorum gestione præstet, daß Beklagter angeregte Erbschafft, vermittelst eines richtigen Inventarii, Klägern auszuantworten etc. schuldig. Contrariæ fundamentum est obligatio secundaria, v. c. Daß Kläger, in Beklagtens Abwesenheit, die ihme angefällete Erbschafft angetreten, und administriret, rc. oder Beklagtens Credit gerettet; Petitio: ut reus restituat, quod ipsi eo nomine abest. Nota 1.) Gestorem obligari ad exactissimam diligentiam, *§. 1. Inst. de oblig. ex qs. contr. L. 42. de Usur.* Ratio petenda est ex natura administrationis rei alienæ. Excipe, nisi magnum incommodum atque damnum averterit, tum enim tantum dolum, & latam culpam, præstat, ut in specie *Legis 3. §. 9. de negot. gest.* Cautela: ut gestor, coram Notario & testibus, inquisitionem instituendam curet, tum enim securus est de impensis, nec ad præstandam culpam levem, vel levissimam, tenetur. Ut autem impensas gestor repetere possit, sufficit, negotium, idque privatum, saltem ratione intentionis utiliter gestum esse, *L. 2. & 10. dict. tit.* Excipe tamen impensas, easque in personam, pietatis caussa factas. Toties autem ita factæ præsumuntur, quoties inter personas conjunctio domestica intercedit, sive sit paterna, *L. 15.* sive materna, *L. 11.* sive denique connu-

Quasi-Contractus sunt 1.) negotiorum gestio, unde A. negotiorum gestorum.

De culpa a negotiorum gestore præstanda.

Cautela pro gestore.

De impensarum repetitione.

connubialis, *L. 13. C. de neg. gest.* Sunt quoque, qui, in persona domini negotii gesti, indigentiam requirant.

XXIV.

2.) Administratio tutelæ. Unde A. tutelæ. Altera species est *Administratio tutelæ*, quæ consensu, inter pupillum & tutorem ficto, sustinetur. Actio inde oritur tutelæ *directa* & *contraria*. *Directæ* fundamentum est obligatio principalis, daß Beklagter zu Klägers Vormunden Gerichtlich bestätiget worden, inmassen er auch solche Vormundschafft über sich genommen und seithero verwaltet; Petitio: ut reus rationem suæ administrationis reddat, daß Beklagter über Klägers sämtliches Vermögen ein richtiges Inventarium zu übergeben, und Vormundschaffts-Rechnung abzulegen schuldig. *Contrariæ* fundamentum est obligatio secundaria: Daß Kläger zu Beklagtens Vormunden bestätiget worden; Petitio: ut reus ipsum liberet, & impensas restituat, daß Beklagter Klägern über die Vormundschaffts-Rechnung gebührend zu quittiren, ingleichen den gethanen Vorschuß ihm hinwieder zu erstatten schuldig. Nota 1.) Tutorem præstare dolum, culpam latam & levem, non item levissimam, *l. 7. C. arbitr. tutel.* Cautelæ, ne dolus præstetur, non dantur; non 1. ex *L. 9. de liberat. legat.* ut legetur id tutori, in quod deinceps condemnabitur, nec 2. ut adhibeat consilium matris & cognatorum, ex *L. 21. pr. de his, quib. ut indign.* sed neque 3. protestatio tutoris de non reddendis rationibus eum liberat, nisi judicis comminatio accesserit; quanquam interposita protestatio id saltem operatur, ne exacta rationum redditio deinceps a tutoris hæredibus peti possit. Dn. Stryk. *de Cautel. contract. sect. 3. c. 2. §. 11.* 2.) Actionem tutelæ directam competere, jure Romano, demum finita tutela, *L. 1. pr. l. 9. §. 4. de tut. & rat. distrah.* hodierno autem toties, quoties reddendæ sunt rationes, nempe annuatim. 3.) Tutorem regulariter manualia, sive diaria, les journals, Lesch Register, edere non debere, nisi ex caussa, & quatenus res ita flagitat, ut rationes ex manualibus aut firmentur, aut corrigantur, aut reliquationes examinentur. 4.) Tutorem jure Romano salarium prætendere non posse, nisi per modum ejus, quod interest, *L. 1. §. 9. dict. tit.* vel initio petierit. At, jure Teutonico, regulariter solatium accipit, ut scite ostendit Schilt. *Ex. 37. th. 177. jun. Ex. 3. th. 11.* 5.) Tutori jus retentionis competere, *L. 33. de condict. indebiti*, quoties intra terminum executionis rationem exhibet, nisi pupillus de superfluo caveat.

De culpa a Tutore præstanda.

Quando A. tutelæ competat?

De diariorum editione.

De salario tutoris.

De retentione, tutori competente.

XXV. Se-

XXV.

Sequitur tertiò *Communio rerum*, vel *singularium*, vel *hæreditatis*. Unde actiones descendunt, *Communi dividundo* & *Familiæ erciscundæ*. Fundamentum utriusque est obligatio, ex ejusmodi communione, daß Titius Klägern und Beklagten sein Wohnhaus zugleich legiret, oder, sie in seinem auffgerichteten Testament zugleich zu Erben eingesetzet; Petitio: ut reus rem communem dividat, & damna &c. præstet, daß Beklagter Klägern die Helffte an dem vermachten Wohnhause, oder, nachgelassenen Erbschafft, abzutreten, so wohl wegen der geführten Administration richtige Rechnung abzulegen schuldig. Nota 1.) Divisioni rerum communium, tanquam actui meræ facultatis, præscribi non posse, nisi aliquod factum interveniat, ex quo præscriptio incipere possit, veluti prohibitio adversarii, aut Legis, *arg. L. 1. fam. ercisc. ibi*: cum volunt decedere. 2.) Divisionem, quæ in actione familiæ erciscundæ petitur, non extendi ad nomina activa, & passiva, quia hæc iam ipso jure divisa sunt, *L. 4. fam. ercisc.* Confer *Resol. Laut. t. fam. ercisc. pag. 166.* Sequuntur cautelæ: 1.) Respectu nominum *activorum*: ut ea cohæredi cedantur, vel simpliciter ad exigendum mandentur. 2.) Respectu nominum *passivorum*: (1) In hæredibus: ut hæredes unum substituant, cum clausula, se sistendi, & solvendi, ubicunque creditor eos convenerit. (2) In creditore: ut debitor futuros hæredes in solidum constringat, quam quidem cautelam sic accipe, modo æs alienum portionem hæredis non æquet. 3.) Hæredem cohæredi obligari ad præstandam nominum evictionem, scil. quod ad veritatem & existentiam, *L. 14. C. fam. ercisc.* Exceptio est, cum unicuique hæredum, portio ex nominibus certis & incertis, an gewissen und ungewissen Posten, assignata est, ob compensationem periculi communis. Sola vero patris assignatio in testamento non sufficit, ne præstetur evictio, cum per *L. 33. fam. ercisc.* tum propter præsumtionem æqualitatis. 4.) Si res communis commode dividi non possit, varia remedia in jure prodita esse, 1. Licitationem, *L. 22. §. 1. fam. ercisc.* salvo tamen cohæredi jure prælationis, *L. 35. de minor.* 2. Alternationem ususfructus rei communis, *Lib. 16. §. 2. fam. ercisc.* quæ dicitur die Mutschierung, a vocabulo mutare, ob mutatam annuatim administrationem. 3. Remedium sortis, quod, nisi consentientibus omnibus, locum non obtinet, *L. 3. C. commun. divid.* 5.) Divisionem judicialem non rescindi, quamvis læso immodica sit, *L. 36. fam. ercisc.* Extrajudicia-

3.) Communio rerum, earumq; vel singularium, unde A Communi dividundo, vel hæreditatis, unde A. familiæ erciscundæ.

An divisioni rerum communium præscribi queat?

An actio familiæ erciscundæ, etiam nomina tangat?

Cautelæ ratione nominum.

Evictio nominum præstanda.

Remedia, si res dividi commode nequeat.

An divisio rescindatur?

judicialem autem, etiam ex capite modicæ læsionis, retractari posse, *L. 3. C. commun. utriusque judic.* vide Resol. Lauterb. *d. t. pag. 168. seqq.* Cautela: ut Remedio *L. 2. C. de rescind. vendit.* & *dict. L. 3.* renuncietur.

XXIV.

4.) Hæreditatis aditio, unde A. ex testamento.

Pergimus ad quartam speciem quasi-Contractuum, quæ est *hæreditatis aditio*, ex qua oritur *actio ex testamento*, quæ est vel testamentaria in specie, vel actio legati, vel actio fideicommissi. Fundamentum est obligatio, ex aditione hæreditatis: Daß Beklagter, nachdem er, die ihme von Titio ex testamento, oder ab intestato, angefällete Erbschafft würcklich angetreten, Klägern dadurch ipso facto, die ihme von ermeldten Titio vermachten 1000. Thaler auszuzahlen, sich verbindlich gemachet; Petitio: ut reus rem legatam præstet, daß Beklagter die libellirten 1000. Thaler Klägern zu bezahlen schuldig. Nota 1.) In capite hæreditatis distingvendam esse delationem ab aditione: Delatio, der Anfall, est instar tituli, sive caussæ, & fit vel ex testamento, vel ab intestato; Aditio autem, der Antritt, h. e. acceptatio, est loco modi, & fit aliter jure Veteri, aliter jure Novo: Jure veteri per solennitatem Cretionis, quæ fiebat (1) in judicio, (2) verbis solennibus: *hæreditatem adeo, cernoque*; Hinc aditio hæreditatis refertur inter actus legitimos, *L. 77. de R. J.* Jure Novo, solennitate cretionis sublata, *vid. L. 17. C. de jur. deliber.* fit etiam extra judicium, & iterum vel verbis quibuscunque, v. c. volo esse hæres, *L. 88. de acquir. hæred.* vel facto, quæ species dicitur in hærede extraneo, gestio pro hærede, in suo, immixtio. *Regula:* quoties actus citra nomen hæredis geri non potest, toties ex eo præsumitur aditio, v. c. venditio, divisio, locatio, *L. 20. de acquir. hæred.* *Cautela:* ut hæres protestetur, se hos & similes actus, pietatis, vel custodiæ, vel crediti caussa, exercere. In dubio jurejurando gerentis animus explicari debet. 2.) Aditionem hæreditatis tribuere quidem dominium universale, sive jus hæreditarium, sed non item possessionem, hæc enim non aliter, quam corporali apprehensione, acquiritur, *L. 23. pr. de acquirend. possess.* etiam, secundum veriorem sententiam, in hærede suo, quoniam possessio in mero facto consistit. Quanquam vero moribus Germaniæ, sola aditione, sine corporali apprehensione, possessio, saltem civilis & ficta, in hæredes ab intestato transfertur, ad effectum retinendæ possessionis, etiamsi ante aditionem ab alio occupatio

Distinctio delationis & aditionis.

Regula.

Aditio hæreditatis tribuit dominium, sed non possessionem.

patio fiat: id quod etiam Carpzovius animadvertit *decis. 225.* tamen illa fori Germanici consvetudo hodiernis moribus non attenditur, prouti monitum est Resol. Lauterb. *tit. de acq. hæred. pag. 619.* 3.) Regulas: 1.) quoties possessio hæreditatis vacua est, toties ab hærede, privata auctoritate, occupari potest; quoties autem non est vacua, toties judiciali opus est. *Cautela:* ut etiam priori casu, potius adhibito judice, vel saltem Notario, possessio occupetur. DD. vocant possessionem, coram Notario & testibus apprehensam, instrumentalem. Ubi obiter observabis, differre inter sese mandatum manutenentiæ, sive protectionis, inhibitionem, denique interdictum, quæ a Carpzovio subinde commiscentur. Nam priores duæ species fiunt sine caussæ cognitione, ad instantiam unius scil. possessoris, salvo cujusvis jure; At postrema species, nisi antegressa caussæ cognitione, non decernitur. Porro duæ priores species distingvuntur: (1) ratione *adversarii:* In mandato manutenentiæ nullus est certus adversarius; At in inhibitione certus est. (2) ratione *finis:* ibi est, confirmatio possessionis apprehensæ; hic autem, ne possessio vel apprehendatur, vel turbetur. Regula 2.) quoties res sunt connexæ, toties, apprehensa parte, totum intelligitur apprehensum, ut in fundo, *L. 3. §. 1. de acquir. possess.* quoties autem res sunt separatæ, toties, si sunt heterogeneæ, seu diversorum generum, singulæ apprehendendæ, nisi uno loco sint conclusæ, tunc enim, occupato continente, occupatæ censentur contentæ. Sin autem sint homogeneæ, sive ejusdem generis, & uno nomine collectivo comprehendantur, v. c. grex ovium, una apprehensa, omnes apprehensæ intelliguntur, modo sint in uno loco: nam, si in diversis existant, singulæ apprehendendæ sunt. 4.) Circa aditionem hæreditatis, duo hæredi competere beneficia; unum jus deliberandi, alterum inventarii, hoc illo est pingvius, *L. ult. C. de jur. deliber.* In foro Saxonico, & alibi, inventario æquiparatur jurata specificatio. Quanquam hic distingvendum est, secundum regulam: quoties inventarium requiritur tantum, pro notitia bonorum, v. c. inter cohæredes, toties sufficit jurata specificatio; quoties autem requiritur ad hunc effectum, ne hæres ultra vires hæreditatis teneatur, respectu creditorum, toties non sufficit, *Mev. p. 3. Decis. 96.* Conf. Resol. Lauterb. *tit. de administr. tut. pag. 569.* 5.) Per aditionem hæreditatis hæredem legatariis noviter obligari, ex quasi-contractu, at creditoribus, ex persona defuncti: per aditionem, respectu legatariorum, nova in persona hæredis constituitur obligatio, sed,

Quomodo possessio acquiratur?

Cautela.

Differentia inter mandatum manutenentiæ, inhibitionem, & interdictum.

An parte apprehensa, totum apprehensum censeatur?

Beneficia hæredis duo sunt: 1.) jus deliberandi. 2.) inventarii.

Quomodo hæres obligetur?

sed, respectu creditorum, vetus a defuncto continuatur, *L. 8. de acquir. hæred.* Nimirum aditio hæreditatis caussa est obligationis derivativæ, respectu legatorum; at simul quoque medium obligationis derivativæ, respectu creditorum. Quamobrem quasi-contractus non minus ad credita, quam ad legata, alio tamen atque alio sensu, est referendus.

XXVII.

5.) Communio finium, unde A. finium regundorum.

Sequitur quinta species quasi-Contractuum, *Communio finium.* Unde actio descendit *finium regundorum*; Fundamentum est obligatio, ex communione finium: Daß Kläger mit Beklagten gemeine Gräntzen habe, da hingegen dieser, entweder solche zu verändern, oder ein Theil von Klägers Aeckern an sich zu ziehen, sich angemasset; Petitio: ut reus fines confusos, aut distractos, reponat, vel partem prædii occupatam restituat: Daß Beklagter die verrückten Gräntz-Steine an vorigen Ort hinwieder zu setzen, oder, das an sich gezogene Stück Acker Klägern einzuräumen und abzutreten, schuldig. Nota 1.) Fines, die Gräntzen, alios esse *publicos*, alios *privatos*. Præcipua finium publicorum genera, de quibus discernendis crebro lites oriuntur, sunt fines *Territoriales*, Land-Gräntzen, *Jurisdictionales*, Gerichts-Gräntzen, & *Compascuales*, Trifft- und Fluhr-Gräntzen, quorum insigne solet esse caput bovinum; cum e contrario territoriales, & jurisdictionales insignia domini territorii, & jurisdictionis, positis lapidibus, præferant. Ubi cavendum est, ne, si quidem Princeps in vicini territorio bona privata possideat, fines eorum insignibus Principalibus distingvantur; saltem, ne integris ac solennibus, verum ohne Schild und Wappen, mit blossen Zeichen oder Namen. 2.) Fines publicos, eosque territoriales, olim apud Romanos constitutos fuisse fluviis, muro lapideo, stipitibus & saxis, præterea castellis, munimentis: Nos ejusmodi limites marcas vocamus, & Marcgravios, Duces vel Comites Limitaneos; Fines contra privati certo spatio concluduntur, ut iter ad culturas accedentibus pateat, & circumactus aratri locum habeat. Spatium illud signis aliquibus, erudita arte, i. e, Agrimensoria & Geodætica, confectis, constat, & limes inclusus, item gradus, dicitur, *L. 3. pr. de term. mot.* & ex L. XII. tabb. est quinque pedum Geometricorum, *L. pen. C. fin. reg.* moribus vero nostris arbitrarium, ita tamen comparatum, daß man einen Pflug mag umwenden. In urbanis prædiis jure Saxonico,

Fines sunt, vel publici, vel privati.

Quomodo fines signentur?

nico, cum propter periculum incendii, tum ob sorditiem, cautum est, daß die Backöffen, Heimlichkeiten und Schweinkoben, zwey Fuß von dem Zaune stehen sollen, *Weichb. art. 122.* cujusmodi spatium immediate a fundi vicini extremitate est computandum. Hinc, si alter murum contiguum in suo ædificet, ejus etiam hoc in computo habenda ratio, eoque magis, quo minus fuile deinceps vicino nocere potest, prouti pronunciare in Collegio Vitemberg. libuit, *M. Sept. 1703.* 3.) In controversiis finium, primo omnium quæstionem possessionis momentaneæ summariter esse discutiendam, ut intelligatur, quis agrum in præsenti coluerit, aut fructus perceperit; atque is interim defendatur, partim, ut rixæ & pugnæ evitentur, partim, ut agriculturæ ratio habeatur: deinde, discusso judicio possessorio, ad ipsum judicium petitorium finium regundorum deveniendum, in quo partim de ipsis finibus, partim de locis, i. e. prædiis vicinorum, eorumque jure, disceptatur. Ex quo elucet, actionem finium regundorum, modo personalem, modo realem esse. Personalis est, quoties de finibus, realis autem, quoties de jure aut proprietate locorum, i. e. prædiorum, instituitur. 4.) In caussis finalibus Arbitros adhiberi, eosque artis agrimensoriæ peritos, maxime vicinos. Romani finitores & socios arvales dicebant: Nostratibus vocantur Feldmesser, Steinsetzer, Untergänger, Umgänger. Finis missionis est, aut sola inspectio & relatio, subjecta arbitratione, quam vocamus Gutachten, aut positio sub sperati. Cæterum ejusmodi mensores tabulas agrarias habent, in quas mensuras, & signa, & ordines locorum describere solent. Romani illas tabulas vocabant formas. Nos dicimus Fluhr-Register, Fluhr-Beschreibungen, ex quibus concinnati libri censuales, Erb- und Saal-Bücher, appellantur. 5.) Actioni finium regundorum præscribi, quoties quæritur de locis, h. e. prædiis vicinis, *L. 2. §. 6. pro emtor.* minus autem, quod ad fines, i. c. limitem ipsum, cumque certum ac constitutum, idque ex sententia LL. XII. Tab. & Maniliæ, dict. *L. pen. C. hic.* 6.) Actorem, si quidem pendente lite, rem petitam proprio ausu occupet, postea victum, alterum tantum victori præstare oportere; sin autem vincat, locum, qui ipsius proprius erat, amittere, *L. 4. C. fin. regund. junct. L. 7. C. unde vi.* quod jus hodieque vigere, non est ambigendum.

Quomodo in hac A. procedatur?

De arbitris & mensoribus adhibendis.

De pœna occupationis, proprio ausu factæ.

XXVIII.

Sexta species quasi-Contractuum est *Datio ob caussam*, unde descendit

6.) Datio ob caussam.

scendit *Condictio caussa dati, caussa non secuta.* Fundamentum est obligatio, ex datione ob caussam: Daß Kläger Beklagten eine Uhr dergestalt gegeben, daß er ihm seine paar Pistolen geben solle, da hingegen Beklagter seines Orts noch zur Zeit solchem Contract nicht nachgekommen, also Klägern, re adhuc integra, zu pœnitiren gemeynet; Petitio: ut reus rem, sub modo datam, restituat: Daß Beklagter die ihm gegebene Uhr Klägern hinwieder auszuantworten schuldig. Nota 1.) Regulam: quoties res datur sub modo, h. e. ut vicissim aliquid detur, aut fiat, toties duo aguntur, unum expresse, ut vicissim aliquid detur, aut fiat, alterum tacite, vel potius ficte, ut, antequam detur aut fiat ei, qui prius dederit, liceat rem datam repetere: prius incidit in contractum innominatum, unde actio descendit præscriptis verbis ad implementum, posterius autem in quasi-contractum, unde oritur condictio caussa dati. Nota 2.) Usum hujus actionis vulgo impugnari, vid. Resolut. Lauterb. *tit. de pact. pag. 77. seq.* Fortassis tamen idem defendi possit, ubi perpendatur, aliam esse pacti simplicis, aliam pacti sub modo, rationem. Pactum simplex Jure civili habebat effectum retentionis; hodiernis vero moribus, effectum quoque actionis habet. At inde ad pactum sub modo, vix est, ut argumentari queas, cui, natura, & tacito partium consensu, inest pœnitendi facultas, usque dum alter quoque impleat. Neque hic quicquam licet, animadverti, quod juri vel naturæ, vel patrio, adversetur. Quamobrem autem eo casu, ubi contractui innominato accesserit stipulatio, jure etiam Romano, pœnitentia exulet, *L. 3. & 7. C. de rer. permutat.* ratio inprimis ea esse videtur, quod stipulatio sit contractus nominatus, (isque ad firmandas obligationes inventus) cujusmodi pœnitentiam excludit, *L. 14. C. de contrah. emt.* Immo vero, quod ad permutationem, ea vicem emtionis obtinere, dicitur, *L. 2. C. de rer. permutat.* cum quo jure conspirat jus Teutonicum, vid. Lindenbrog. *Cod. LL. antiqv. pag. 101. 430. & 1003.* Ex quo colligitur, jure Romano non minus, quam Germanico, pœnitendi potestatem in contractibus innominatis non ubique vagam esse, sed interdum hac lege circumscriptam, modo alter quoque implere nolit.

Quis sit finis hujus quasi-contractus.

XXIX.

7.) Solutio indebiti, unde condictio indebiti.

Septima species est *Solutio indebiti*, unde venit *Condictio indebiti.* Fundamentum est obligatio, ex solutione indebiti, errore facta: Daß Kläger Beklagten 500. Thaler, so ihme in Titii, als Klägers Vorfah-

Vorfahren, Testament legiret worden, ausgezahlet, in Meynung, daß die übrige Verlassenschafft zu Erlangung der Klägern zustehenden quartæ Falcidiæ zureichen werde, da hingegen nunmehro der Ausgang ein anders bezeuget; Petitio: ut reus indebite solutum restituat: Daß Beklagter die indebite eingehobenen 500. Thaler Klägern, zu Erfüllung der ihm zustehenden quartæ Falcidiæ, wieder zu erstatten schuldig. Nota 1.) Indebitum intelligi naturaliter: nam quod, saltem civiliter, non debetur, non repetitur, *L. 15. pr. L. 66. de cond. indebit. L. 10. de SCt. Maced.* 2.) Errorem intelligi facti, non juris, *L. 9. C. ad L. Falcid. L. 10. C. de Jur. & fact. ignor.* Hodie, postquam jus propemodum infinitum est, & is, qui indebitum solvit, laborat de vitando damno, receptum est, non interesse, utro ex errore indebitum solutum sit, atque adeo id etiam, quod ex errore juris solutum est, repeti posse. Conf. *L. 7. & 8. de jur. & fact. ign.* 3.) Regulam: quoties res, indebite soluta, repetitur, toties simul fructus & accessiones naturales petuntur: quoties autem pecunia, toties usuræ, vel id quod interest, non petuntur. *L. 15. de condict. indeb.* Ratio est, quia jure Romano usuræ non petuntur, nisi promissæ, vel ex mora. At Jus Germanicum usuras in compensationem usus pecuniæ admittit. Exposita Contractuum materia, superest tractatio Delictorum, quæ *part. 2.* exhibetur.

Quodnam indebitum intelligatur?

Qualis error hic intelligatur?

An fructus & usuræ repetantur?

Tutatus est eam disputationem Anno CIↃ IↃCCIV. Caspar Dietericus de Shönberg, Eques Misnicus, cujus memoriæ honorique a Præside adscripta est, quæ hic consequitur, Epistola:

(o)

JUVENI
Splendore natalium, & ornamentis virtutum præstantissimo,

DOMINO

CASPARI DIETERICO a SCHOENBERG,

Equiti Misnico,

S. P. D.

PRAESES.

VErsari in Saxonia, & ignorare Schönbergios, illius sit, qui nesciat, quibus tandem heroibus Saxonia maxime glorietur. Actum agam, si majores tuos collaudare instituam, quorum laudibus annales obruuntur. Sæcula viros loquuntur, & sæcula loquentur. Propius oculos præstringit, & animum admiratione perculsum tenet, splendor virtutum, quibus Patruus tuus magnus, heros in toga, Saxoniam illustrat. Dicat pro me religio, quam præsidio tuetur, dicant divinæ humanæque literæ, quas auctoritate defendit, respublica dicat, quam justitia constituit, & æquitate conservat. Ac credo ego, non potuisse genti tuæ majorem afferri dignitatem, quam Bosianæ necessitudines conciliarunt. Bosios admiratur, quisquis prudentiam admiratur. Regis amici sunt Bosii, & Bosios ad reges demerendos natura ratioque finxit. Non tacebit Saxonia Bosium, Avum maternum, non tacebit profecto, quoad erit.

Trade-

Tradetur posteris judicii lumen, quod rebus gerendis attulit: mandabitur memoriæ fides animique constantia, qua pro salute publica stetit: consignabitur monimentis incredibilis rerum usus, quod ad ævi miraculum excellit. Tanti progenitoris magnitudinem sustinet filius, quem colis Avunculum, & in altissimo gloriæ gradu virtus collocavit. Germani, Belgæ, Britanni, &, qua patet, Europa, fama herois implentur. Huic Rex legationes committit, hujus consiliis ad ardua curarum utitur, hujus prudentia Senatum rei militaris gubernat. Qualis vero ille, quantusque evasurus sit, olim facile poteram assequi, cum in Academia Lipsiensi studiorum caussa commoraretur, & mecum eodem convictu uteretur. Quo feliciorem me deinceps fuisse, ipsemet prædico, quod in summo provocationum consilio El. Sax. aliquandiu eodem collega uti, ejusque singularem in disceptandis fori caussis dexteritatem licuit experiri. Aut indigni sumus tanti viri meritis, aut bene ei, beneque genti Bosiæ, abs qua tot accepimus reipublicæ præsidia, precemur. Si dixero, te ortum esse Schönbergiis, educatumque a Bosiis: sat dictum putabo. Habes profecto, habes ornamenta, quibus utraque gens aliis antecellit. Ingenium maximis studiorum conatibus sufficit, & industriæ contentione omnium expectationem vincit. Mores ad tantam vitæ elegantiam exculti sunt, ut equestris ornamenti decus

in te demum abſolvere videantur. Ne dicam de tot equeſtrium generibus exercitationum, in quibus tanta artis peritia verſaris, ut mirandum non ſit, ſi quidem omne iis tempus tribuiſſe videaris. Sed majus operæ pretium feciſti, cum eas ſecutus es doctrinas, quibus inſtruendæ augendæque prudentiæ ratio, & reipublicæ adminiſtrandæ ſcientia continetur. Operam perdidero, ſi eruditionem tuam commendare ingrediar, quam ſingulari ſpecimіnum exemplo eruditis probaſti, & Academia in exemplum generoſæ diligentiæ æqualibus tuis proponit. Doces ipſe præſenti labore, quid aut profeceris in juris diſciplina, aut abs te reipublicæ brevi ſit expectandum. Ego de ornamento tam exquiſito illuſtri ſtirpi tuæ, & de conditore tantæ expectationis mihi gratulor, atque ut ad faſtigium dignitatis, cui fortuna te deſtinavit, propediem efferaris, opto.



PARS

PARS POSTERIOR
DE
VSV ACTIONVM POENALIUM.



I.



N factis obligatoriis, iisque ordinariis, promissionem sequitur *Delictum*, quod duplex est: *verum* & *quasi-delictum*: quorum alterum dolo, alterum culpa, committitur. At *verum* iterum dividitur in *publicum* & *privatum*; idemque vicissim in *ordinarium* & *extraordinarium*. Publica, ut & privata extraordinaria, transmittimus, quum eorum nomine accusatio atque adeo persecutio publica, vix privata, competat, *l. 2. de concuss. l. 3. de extraord. crim. l. ult. de priv. delict.* Sed *privatorum ordinariorum* quatuor sunt *genera*: *furtum*, *rapina*, *damnum injuria datum*, denique *injuria*. *Actiones*, quæ inde descendunt, iisdem nominibus distinguuntur: *actio furti*, *vi bonorum raptorum*, *damni* sive *Legis Aquiliæ*, denique *injuriarum*. Porro *quasi-delicta*, eaque *ordinaria*, sunt: *Imperitia male judicantis*, *dejectio* vel *effusio*, *positio* aut *suspensio* ejus, quod, si ceciderit, nocere potest, denique *damnum*, in navi, caupona, stabulo, datum. *Actiones*, quæ ex his generibus dimanant, generatim dicuntur *in factum*, & sigillatim nomina a fontibus mutuantur: *actio male judicati*, *de dejecto* vel *effuso*, *de posito* aut *suspenso*, denique *de recepto*. Ubi moneri, interest, 1.) Differentiam delicti veri & quasi esse accidentalem; quandoquidem unum idemque delicti genus, modo verum, modo quasi, esse potest, prout vel dolo, vel culpa, committitur. Exempla sunt in damno injuria dato, itemque homicidio, & similibus. vid. *Resol. Lauterbach. pag. 817.* 2.) Quasi-delictum culpa semper propria committi. Quanquam in modo discrimen est, quum culpa, quam prædixi, modo immediate, modo mediate, putà facto alterius sive doloso, sive culposo, peragi soleat. *Resol. Lauterbach. p. 818.* 3.) Partitionem delictorum verorum in publica & privata non tam ab objecto, quam potius respectu læsionis, repetendam esse. Ita publica dicuntur, in quibus Lex principaliter attendit ad læsionem res publicæ, eamque vindicat, quamvis maxime & inprimis offendatur res privata. Exemplum est in adulterio. Contra vero privata audiunt, in quibus principaliter

Delictum est verum, publicum, privatum, extraordinarium. ordinarium. quasi.

Differentia delicti veri & quasi est accidentalis.

Quasi-delictum culpa propria committitur.

Partitio delictorum in publica & privata repetenda est a respectu læsionis.

pariter læsio rei privatæ respicitur, & privata actione coercetur. *Resol. Laut. dict. pag. 818. seq.* 4.) Delicta privata, eaque ordinaria, sic memoriæ caussa discerni posse, ut eorum alia committantur in personam, alia in rem: *in rem*, iterum vel *auferendo*, idque aut *clam*, unde furtum; aut *palam*, unde rapina: vel *deminuendo*, hinc damnum injuria datum: *in personam* verbis, aut factis, contumeliosis, unde injuria.

Delicta privata memoriæ caussa discernuntur.

II.

Ordo argumenti.

Quibus quidem præstructis, facile fuerit, sigillatim hoc ordine actiones privatas, quæ ex delictis descendunt, recenseri. At enim libet in præsens aliam inire viam, qua eo magis ad *Usum actionum pœnalium*, quo inprimis operam studiumque converti, interest, progredi queamus. *Actiones civiles* a fine & materia dividuntur in *rei persecutorias* & *pœnales*, §. 16. *I. de act.* Ubi meminerimus, hanc, stricte loquendo, non tam divisionem actionum esse generalem, quam potius subdivisionem actionum personalium, quia τὸ persecutorium opponitur τῷ pœnale. Jam nulla actio, in rem pœnalis est; ergo nec proprie rei persecutoria: alioqui non abnuerim, vocabulum actionis rei persecutoriæ, late acceptum, ad actiones reales proferri.

Actiones civiles dividuntur in rei persecutorias & pœnales. Monitum.

III.

Actiones rei persecutoriæ sunt, quibus persequimur rem, quæ nobis ex patrimonio abest, *l. 35. de O. & A.* Ubi admonendi sumus (1) actiones rei persecutorias tantum respectu actoris intelligi, non habita ratione rei, utrum hic rem possideat, aut lucrum acquirat, nec ne. (2) Patrimonii vocabulo denotari non dominium, ut Donellus putat, sed potestatem. Itaque res, quæ abest ex patrimonio, lata significatione, nostro idiomate indicat ein Ding, welches ausser unsern Gewahrsam ist, wir mögen hierzu entweder einen dinglichen oder persönlichen Anspruch haben. At *res*, quæ nobis ex patrimonio abest, est vel *certa*, v. c. corpus sive species, summave certæ pecuniæ; vel *incerta*: hæc iterum vel talis *per se* & sui natura, v. c. factum; vel *per surrogationem*, puta æstimatio rei certæ, vel id, quod interest. (3) *Interesse* duplex esse: aliud *lucri cessantis*; aliud *damni emergentis*, *l. 13. pr. rem rat. hab.* Utrumque facti est, *l. 24. de R. I.* atque adeo probandum. (4) Interesse rei certæ, v. c. ædium venditarum, duplum excedere non posse; at interesse rei incertæ, v. c. facti, duplum excedere posse, *l. un. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter prof.* Factum autem intelligendum est simplex, ut in mandato, tutelæ administratione, negotiorum gestione, qui contractus potissimum in facto consistunt;

Actiones rei persecutoriæ dicuntur ratione actoris.

Res, quæ abest ex patrimonio quænam sit?

Quotuplex sit?

Interesse est duplex.

Quousque duplum excedat?

sistunt; non prægnans, quod rem certam pro objecto habet. (5) Rem nobis ex patrimonio abesse dupliciter: facto adversarii vel physico, vel morali, puta, quod caussam dederit, ne ad nos rediret, quod nobis ex patrimonio nostro abierat, vel alias, ut patrimonium nobis minuatur.

Quotupliciter res ex patrimonio abesse dicatur?

IV.

Actiones rei persecutorias hic transmittimus. *Pœnales* vero sunt, quibus pœnam, sive, quod nobis non abest, petimus. Quo loco monendum est, (1) pœnam intelligi non publicam, quæ fisci fit, & ad actionem criminalem pertinet; sed privatam sive civilem: eamque iterum non conventionalem, utpote quæ succedit in locum ejus, quod interest, *l. 47. de act. emt.* atque adeo ad actiones rei persecutorias est referenda; sed legalem, h. e. certa lege constitutam, quæ, coërcendi puniendique adversarii caussa, infligitur, atque actori adjudicatur. (2) Interesse duplex esse: publicum aliud, aliud privatum. Publicum coincidit cum pœna publica. Privatum iterum vel res est, vel pœna, privata scilicet, eaque legalis. Unde Carpzovius, cum, actionem injuriarum æstimatoriam interesse privatum persequi, *quæst. crim. 95. n. 26.* ait, fortassis non ita est intelligendus, ac si contra expressos textus in *§. 10. I. de injur. l. 2. §. 4. de collat.* statuat, illam actionem rem persequi, atque adeo rei persecutoriam esse.

Pœnales actiones quanam dicantur?
Pœna est vel publica, vel privata; hæc vicissim vel conventionalis vel legalis.
Interesse est vel publicum vel privatum.
Carpzovius explanatur.

V.

Actiones pœnales omnes sunt ex delicto; compara *th. 23.* contra vero rei persecutoriarum aliæ ex delicto sunt, aliæ ex contractu. Vbi non prætereundum est, (1) actiones pœnales, æque ac rei persecutorias, competere hæredi actoris, exceptis illis, quæ meram vindictam persequuntur, *l. 1. §. 1. de priv. delict. §. 1. I. de perpet. & temporal. act. l. 7. C. de revocand. donat.* Nisi actui. v. c. donationi, pactum adjiciatur, eam ex caussa ingratitudinis revocatum iri; tum enim actio ingratitudinis, & similis, ad hæredes utrinque transit. vid. *Resol. Lauterbach. p. 140.* (2) Actiones pœnales in hæredes nullo modo competere, *l. 1. §. 2. & ult. de priv. delict.* rei persecutoriæ vero contra hæredes dari, sed non uno omnes modo. Nam illæ, quæ sunt ex delicto, contra hæredes dantur, in quantum ad eos pervenerit, *l. un. C. ex delict. defunct. l. 44. de R. I.* cæteræ, quæ ex contractu dimanant, in solidum, quamvis dolus intervenerit, *l. 12. & 49. de O. & A. l. 157. de R. I.* (3) Quod modo dixi, actionem rei persecutoriam ex delicto contra hæredes competere, in quantum ad eos pervenerit; intelligi *a*) sive pervenerit recta, sive oblique, puta, quod fur, consumendo rem fur-

Actiones pœnales sunt ex delicto.
Dantur hæredi.
Exceptio.
Cautela.
In hæredes non competunt.
Quousque rei persecutoriæ adversus hæredes dentur?
Ampliationes.

 tivam,

tivam, alias comparserit, easque ad hæredes transmiserit, *b*) modo pervenerit semel, etsi non duraverit, nec pervenerit ad hæredem, secundum *legem 17. quod met. cauff.* (4) Secundum simplicitatem Juris Canonici, actiones rei persecutorias ex delicto in solidum contra hæredes dari, *cap. ult. X. de sepult.* ibi: *pro eodem satisfacere debet.* Ratio consistit in favore, non actoris quidem, sed rei, quo hic eo citius a peccato, i. ex purgatorio, liberetur, *c. 5. X. de raptor.* Quanquam vero prædicta ratio Nostratibus merito improbatur: ipsamet tamen sententia a foro conscientiæ non abhorret, quoniam hæres versatur in lucro; contra vero dominus rei furtivæ de damno vitando certat. Nihilo secius constat, nos Jus Civile hoc in capite sequi. (5) Notanda est regula: *quoties* dolus committitur in contractu; *toties* ex eo hæres tenetur in solidum: *quoties* autem dolus committitur extra contractum; *toties* ex eo hæres in tantum solum tenetur, quantum ad eum pervenerit. Ratio est, quoniam dolus, qui committitur in contractu, est accidens ipsiusmet contractus: jam ex omni contractu obligatio ordinatim in solidum est hæreditaria active & passive. At vero dolus, qui patratur extra contractum, per se stat, & constituit delictum: jam ex delicto obligatio ad rem, respectu hæredum delinquentis, non est absoluta, sed adstricta ad id, quod ad hæredes pervenerit. Exemplum est in damno, dolo in deposito, aut commodato, & extra caussam depositi, aut commodati, dato: ex altero actio profertur contra hæredes in solidum; ex altero, qua ad eos pervenerit.

Sententia Juris Canonici.

Usu non servatur.

Regula: quousque hæres ex dolo defuncti teneatur?

Exemplum.

VI.

Actiones pœnales, ratione subjecti activi, sunt vel *privatæ*, vel *populares*. Ubi subjiciamus licet, etiam in actionibus popularibus pœnam regulariter applicari actori, sive agat is, cujus principaliter interest, *l. 3. l. 45. §. 1. de act. popul.* sive alius quicunque, utpote qui, lite contestata, incipit esse creditor, *arg. l. 12. de V. S.*

Actiones pœnales sunt vel privatæ vel populares.

VII.

Actiones pœnales, alia partiendi ratione, sunt vel *puræ*, vel *mixtæ*. Puræ, quibus meram pœnam; mixtæ, quibus partim rem, partim pœnam, persequimur, *§. 16. I. de act.* Quo loco, velim, observes duplicem differentiam: actio mixta consumit alias persecutorias; pura autem pœnalis non consumit, *l. 7. §. 1. de condict. furtiv. l. 48. pr. l. 54. §. 3. de furtis.* (2) Mixtæ actiones dantur in hæredes, in quantum ad eos pervenerit, instar rei persecutoriarum ex æquitate; non autem puræ pœnales.

Actiones pœnales sunt vel puræ vel mixtæ.

Differentia duplex.

VIII. Jam,

VIII.

Jam, quod ad *Usum actionum poenalium* attinet, generatim tenenda est regula: Jus Romanum, qua Juri patrio, sive Germanico (puta Saxonico & Suevico) non est contrarium, in Imperio sui usum praebere potest, licet non semper actu exerceatur: qua autem eidem Juri repugnat, observari non intelligitur, nisi vicissim per Jus Romanum domestico Juri expressa lege, vel usu contrario derogatum esse, doceatur. Itaque distinguendum fuerit inter Juris Romani *observantiam* & *observabilitatem*; itemque inter *usum* Juris Romani *actu secundo* & *exercitio*, & *actu primo* seu *habitu*. Ut interdum desit observantia: non ipsa statim exulat observabilitas, seu observandi aptitudo. Porro, cessante usu, quod ad exercitium & actum secundum: non protinus tamen cessat usus habitu & actu primo. *Regula: quousque Jus Romanum in foro Germanico valeat?* *Distinguitur.*

IX.

Nihil attinet, ea, quae in utramque sententiam ab aliis copiose & erudite de argumento proposito agitata sunt, exprimere hoc loco. Nobis sufficerit, Jus Romanum imprimis prudentia & aequitate, gravitate sententiarum orationisque dignitate, caeteris legibus, quae homines auctores habent, antecellere, & omnium fere populorum, quos humanitatis cultus a ferocia mentis distinguit, usu receptum esse, ut imprimis ostendit Arthurus Duck, Anglus, *de Auctoritate Juris Romani*. Ut parum absit, quin Jus Naturae ac Gentium, idemque non ad unam omnibus, sed praecipuis excultum doctrinis, appellare audeamus. Compara *orat. nostras*, in extremo operis subjectas. Tanto magis existimandum est: Nostrates etiam sensim paulatimque Juri Romano multum tribuisse, idemque maximam partem comprobasse; praesertim sicubi cogitarint, Jus Patrium saepenumero deficere, ut casuum, qui in foro obtingunt, disceptatio ex eodem repeti vix possit. In qua quidem sententia maximopere nos confirmant 1.) *Acta in Comitiis Moguntinis* 1441. tempore Friderici III. Imperatoris. Dum enim pars Ordinum Imperii voluerunt, ut Jus Romanum, exceptis legibus, jam tum receptis, per Imperium abrogaretur: consequitur, idem illud, si non omnino usu atque exercitio, actu tamen primo atque intentione, receptum fuisse; alioqui frustra, ut id Jus tolleretur, petiissent, vid. Schilter. *Exerc. 1. th. 12. & Exerc. 2. th. 12. in additam.* 2.) *Constitutiones Imperii*, sigillatim Maximiliani I. *vid. Jud. Camer. de anno* 1495. qua uti fundatio Judicii Camerae Imperii continetur: ita partim jurisjurandi praescripti formula ad Jus Civile nostrum adstricta cernitur ibi: *Probatur.* *A praestantia,* *A receptione,* *Ab inopia Juris Germanici.* *A Confirmatione Imperatoria.*

nach des Reichs gemeinen Rechten; partim multa ex eodem Jure, ſpeciatim de miſſione ex primo & ſecundo decreto, Einſatz, & de ſententiis, repetita leguntur; itemque *de Anno 1500.* §. ordnen ꝛc. *19.* ubi varia itidem ex Jure Civili, verbis: laut gemeiner geſchriebenen Käyſerlichen Rechte, inprimis in materia ſucceſſionis de repræſentatione in linea recta afferuntur; *de anno 1507.* ubi & dominium litis & Decretum D. Marci adducuntur, & leges Doctoresque ſubinde excitantur; *de anno 1512.* verbis: nach Inhalt gemeiner Rechte; *de anno 1517.* itemque Caroli V. *Edictum Norimberg. de anno 1521.* ubi ſpeciatim argumentum Conſtitutionis de anno 1500. confirmatum productumque ad lineam collateralem eſt, verbis: nach gemeinen Käyſerlichen Rechten; *de anno 1530.* qua translatio Judicii Spiram continetur; *Ord. Cam. de anno 1555.* Policey-Ordnung *de anno 1577.* §. *17.* denique *noviſſimus Receſſus Imperii de anno 1654.* §. benebenſt ſollen 105. ibi: und gemeine Rechte. His, inquam, Conſtitutionibus inprimis Aſſeſſores Tribunalis Imperii inter alias officii partes ſerio admonentur, ut Juris Romani ſcientia præſtent, ejusdemque rationem in dirimendis controverſiis ineant. Similiter illi, qui Judicio Cæſareo Aulico aſſident, inter alia corpus Juris Civilis tam revereri jubentur, ut idem illud a menſa judicii nunquam tolli, ſed in eadem perpetuo reponi, debeat, quo ex eo, quotiescunque quæſtio obtigerit, eadem diſceptari queat, *Ordinat. Judic. Aulic.* §. *ult.* verbis: So ſollen auch unſere Wahl-Capitulation, alle Reichs-Abſchiede, Cammer-Gerichts-Ordnung ꝛc. Corpus Juris Civilis & Canonici &c. auf der Reichs-Hof-Raths-Taffel, damit man ſich derer in zweiffelhafften Sachen gebrauchen könne, ſtets vorhanden ſeyn, und davon nicht gerucket werden. *Quibus* quidem *Imperii Conſtitutionibus* illud lucide comprobatur, omnes, quotquot in orbe Romano degunt, Legibus Romanis in ſubſidium parere oportere, ſiquidem Judicii Cameræ & Aulici jurisdictio per totum Imperium ſeſe diffundit. At verba: in zweiffelhafften Sachen, quæ *prædicta Ordinatione Judic. Aulic.* continentur, non aliam recipiunt interpretationem, quam quod omnes caſus, de quibus Jus Germanicum ſilet, tanquam dubios, ex Jure Civili, cæterisque Imperii placitis definiri oporteat. Ut ideo exiſtimem, jus Romanum in Imperio non tacite ſolum, ſed & expreſſe, comprobatum eſſe, quicquid alii obnitantur, inter eosque inprimis H. Conringius *de Orig. Jur. German. c. 33.* ubi ipſemet confitetur, formulæ, in quam, auctore Maximiliano I. jurare jubentur Aſſeſſores Judicii Imperialis, ab illo

Verba Ordinat. Jud. Aulic. explanantur.

illo instituti, verbis: nach des Reichs gemeinen Rechten, jura Romana indicari. Cerebrina æquitas, quæ nomine juris naturæ & rationum boni & æqui commendari solet, pro jure certo haberi nequit. Quin omnes Leges, optimorum Imperatorum cura partæ, inutiles redderentur, si quidem fictis ejusmodi rationibus indulgere nimium, tantamque, quanta vulgo tribuitur, auctoritatem adscribere vellemus. Tantum igitur abest, ut contra Juris Romani observantiam calamum acuere audeamus, ut potius idem jus in iis etiam capitibus, quæ actu nondum observantur, sed, salvo jure domestico, observari queunt, usum præstare, existimemus. Fac tandem, ante Maximiliani I. tempora Jus Romanum in tantum valuisse demum, in quantum usu receptum fuerit, non amplius; ideo tamen non consequetur, idem jus etiam deinceps solum eundem in modum valere. Ad quid enim necessaria fuisset Imperatoris confirmatio, si quidem illa duntaxat eo collinearet, ut Jus Romanum pristinam, eamque arctatam, retineret auctoritatem? Plus omnino sensit Maximilianus, ejusdemque juris usum voluit proferri. Secus si dicas, incerta manet Imperatoris voluntas, quousque Jus Romanum deinceps sit valiturum. Satius igitur fuerit, ita explanari *Constitutionem Maximiliani*, ut ea aliquid certi operetur. Probabile est, Imperatorem perspexisse, quod Germani nonnihil & aliquam saltem partem Jure Romano utantur, & difficultati, quæ ex illa usus incertitudine exstitit, mederi, atque adeo totum Jus Romanum, qua Juri Germanico non adversatur, in subsidium vocare firmareque voluisse. Enimvero omnia, quæ Corpore Juris Civilis continentur, etiam qua caussas privatas attingunt, ad Germaniæ statum quadrare, minus dicam. Nec tamen ea quoque, quæ nostris rationibus non conveniunt, generali aliqua Imperii Lege definita videmus. Quo magis verendum est, JCtos, quibus ejus rei disceptatio relicta est, arbitrio suo abuti, si quidem statuamus, Jus Romanum demum, qua moribus Germanorum receptum sit, valere. Ita enim incerto utimur Jure, & infinitis propemodum difficultatibus premimur, ut, quo tandem pedem figere possimus, non inveniamus, quum semper dubium sit, receptane sit lex Romana, qua lis dirimi posse dicatur, atque adeo, antequam observatio Legis ab alterutra parte comprobetur, nihil queat definiri. Denique illi, qui pro contraria sententia propugnant, modo Jus Civile Juris communis nomine ipsimet insigniunt; modo Juri Romano per consuetudines derogari, aiunt; modo Juris Romani præceptis limitationes ex

Dubio occurritur.

A difficultate contrariæ opinionis.

A testimoniis dissentientium.

Jure Germanico accessisse, statuunt, atque adeo Jus Romanum Legis instar esse, præstruunt.

X.

Is, qui Lege Romana subnititur, non probat. Exceptio, eaque olim defensa quidem, nunc autem improbata.

Ex quibus consequitur: 1.) eum, qui Lege Romana, eaque Juri patrio non adversa, sive agendo, sive accipiendo, subnititur, ad probandam ejusdem observantiam non teneri, præterquam eo casu, sicubi incautus eandem commemoret, in eaque se fundet. Ita olim cum Schiltero statui *Resol. Lauterb. tit. de leg. qv. 1.* At, re diligentius considerata, parum abest, quin ab ea sententia animum revocem. Jus Romanum, qua Juri Germanico non adversatur, in foro nostro sive actu, sive aptitudine, receptum esse approbatumque, non tacite modo, sed & expresse, ostendi, opinor, *th. 9.* Haud igitur satis scio, num sola observantiæ commemoratio statum probationis commutet: Jus, quod generatim receptum usu, aut expressa auctoritate donatum est, vigere præsumitur; utut speciatim illud, in quo quis innititur, receptum esse, non comprobetur: observantia, quæ ab alterutro litigantium commemoratur, non minus, quam ipsummet Jus, præsumitur. Nihil itaque Juri adjicitur, quod consistat in facto, atque adeo probationis indigeat. Alia ratio est actionis negatoriæ, in qua si quis præter libertatem, quæ præsumitur, qualitatem possessionis ex parte adversarii admisceat libello, eam probare cogitur; quum illa qualitas nunquam æque ac observantia legis præsumatur, sed in facto semper consistat. Quanquam ne illud quidem dubio vacat, ut videre est ex iis, quæ adducta sunt *Resol. Lauterb. tit. si serv. vindic. pag. 154.* Pari modo aliud quidem est libertas, aliud ejusdem possessio: altera præsumitur, altera minus; ideo hæc probanda est, sicuti probavi *Elect. proc. possess. th. 10.* At cum possessione libertatis nemo comparet observantiam legis, quæ, quemadmodum prædixi, non minus, quam ipsa lex, præsumitur: lex, si scripta sit, vi sua valet: observantia & receptio est necessitatis, non voluntatis atque arbitrii. Igitur præsumitur, sive præterea excitetur, sive minus. Porro lex non-scripta sive consuetudo, si quidem certa sit atque perfecta, ipsam semper receptionem implicat; quum ex eadem repetatur. Qui igitur consuetudinem ait esse receptam, nihil aliud dicit, quam consuetudinem talem esse, qualem per essentiam esse oportet: Jam a toto ad partem recte arguimus, ut non magis ille, qui ait, jus hoc, illudve, observari, oneri probationis submitti queat, quam is, qui jus, quo certæ species continentur, generatim receptum esse, contendit. Aut consuetudo non est, aut eam re-

ceptam

ceptam esse observarique oportet. Porro 2.) illud quoque inde consequitur, quod prædixi, Jus Romanum, quanquam post Jus domesticum in foro Germanico invaluit: huic tamen Juri vi propria non derogare, atque adeo, qua eidem adversum est, non attendi, nisi expressa lege, aut desuetudine, juvari, probetur: alioqui ius domesticum vigere præsumitur. Neque obsistit regula: Lex posterior derogat priori, *l. ult. de constit. princip.* Namque ea intelligenda est de Legibus singularibus, non de integro Legum corpore. Saxonia imprimis Jure utitur αὐτονομίας. Unde Elector Saxo, tanquam summus Juris Patrii assertor, comitiis Imperii, quoties novæ leges Imperii promulgantur, protestari ac cavere solet, ne Juri Saxonico præjudicium faciant. Exemplum est in repræsentatione in linea collaterali, utpote quæ, quamvis lege Imperii anno 1521. Comitiis Vormatiensibus recepta sit, cum clausula: *non obstante aliqua consuetudine*: tamen Saxonico Jure exulat, propterea, quod Elector Saxo cum cæteris Saxoniæ Ducibus tum etiam temporis fuerit protestatus. Quamobrem illam Juris Saxonici observantiam confirmavit deinceps D. Augustus *p. 3. constit. 18.* Eodem attinet, quod Auctor Speculi Saxonici de Pontifice Romano ait, *lib. 1. art. 3.* So mag er doch kein Recht setzen, da er unser Land- und Lehn-Recht mit ändern oder kräncken möge. Exinde conficitur regula, quam superius indicavi: quoties Jus Romanum est præter Jus Germanicum, toties observari præsumitur: quoties autem est contra Jus Germanicum, toties non observatur, nisi vel expresse, vel tacite, per usum contrarium, receptum esse, probetur. Exempla sunt in *lib. 3.* Land-Recht, *art. 5.* ubi creditor amittit creditum, amisso pignore; & in *lib. 3. art. 77.* ubi hæres locatoris locatione stare non tenetur: quibus Juris Saxonici locis derogat Jus Romanum tum propter usum contrarium, tum ob expressam legem in *p. 2. constit. 26. & 37.* Immo extant alia Juris Saxonici capita, quæ pridem Jure Romano, deinceps recepto, obruta sunt. At hæc in præsenti in universum afferre, nec libet, nec vacat. Pari modo Potentissimus Borussiæ Rex Jus Saxonicum, quantumcunque est, haud ita pridem e Ducatu Magdeburgico proscripsit, ejusdemque loco Romanum servari, serio præcepit. Uti constat ex prooemio Ordinationis Politicæ, quæ Halæ Saxonum anno 1688. prodiit, verbis: Worbey wir denn aus besondern uns hierzu bewegenden Ursachen, zugleich setzen und ordnen, daß die Sachsen-Rechte in unserm Hertzogthum weiter nicht, als so ferne sie unserer oberwehnten Magdeburg. Kirchen-Proceß-Policey- und andern

Objectio removetur.

Elector Saxo protestatur.

Exemplum.

Regula repetita: quousque valeat Jus Romanum?

Exempla.

andern Ordnungen conform seyn, observiret, in übrigen aber die gemeinen beschriebenen Käyserl. Rechte, so weit wir denenselben aus Chur- und Landes-Fürstlicher Hoheit und Macht nicht derogiret haben, sowol bey der Regierung, als im Schöppenstuhl und allen andern Gerichten angeregten Hertzogthums, und der Graffschafft Mansfeld Magdeb. Hoheit, in procedendo, sententionando & judicando, beobachtet werden sollen. In eo autem facile assenserim, vulgo errare DD. immo ὕστερον πρότερον agere, cum Jus Saxonicum, idemque commune, cum Romano comparant, & alterum, tanquam exorbitans, ex altero explicandum ducunt, quum rationis sit, potius, inverso ordine, jus Romanum, tanquam recentius, ex Germanico Jure, quod antiquius est, interpretandum esse.

Error DD. in comparando Jure Saxonico cum Romano redarguitur.

XI.

Usus actionum pœnalium asseritur.

Ex hac regula, quæ *th. 10.* continetur, alia, eaque specialis, dimanat: Actiones pœnales in foro Germanico minimum aptitudine & habitu, actuque primo receptæ intelliguntur; quamvis non actu semper secundo & exercitio obtineant. Non-usus non tollit legem, nec protinus utendi facultatem, *arg. l.34.* ibi: *contradicto judicio*, *de LL.* Aptitudo & potestas utendi spectanda est, non ipsemet usus, qui sæpenumero sive ex imperitia, sive ex diffidentia, intermittitur. Enimvero non est necesse, ut iisdem actionum formulis, eademque verborum conceptione, quæ Romanis placuit, utamur. Libertatem concipiendi libellos hodie multo laxiorem esse, nemo negat. Interea nihil vetat, quo minus actiones, quæ apud Romanos pœnales erant, hodieque Germanis tales esse, dicamus, qua scilicet eæ juri domestico liquido non adversantur. Publice interest, delicta etiam pœnis coërceri privatis, quo ei inprimis, qui ab alio læsus est, solatium detur. Neque aliter punitio intermitti potest, quam si omnes pœnæ utilitates cessent, cum ejus, qui peccat, tum illius, cujus speciatim interest, minus peccatum esse, denique quorumlibet, ut bene ostendit H. Grotius *de I. B. & P. lib. 2. cap. 20. §. 13. n. 1.* Sublatis pœnis, quas viri prudentes studiose constituerunt, habenæ facinorosis laxantur: immo quo magis crescit hominum malitia, eo etiam major cura adhibenda est, ut pœnis locus detur. Quamobrem Carolus V. cum videret, dupli aut quadrupli pœnam ad coërcenda furta non sufficere, laquei pœna statuta, homines ab iis deterrendos duxit. Neque non vagum incertumque potest esse arbitrium judicis, si quidem pœnis, lege definitis, uti nolimus.

XII. Por-

XII.

Porro pœnæ, quæ Germanicis ſanctionibus continentur, plerumque ſunt publicæ, quæ non magis, quam rei perſecutio, privatas tollunt pœnas. Cum quis ex delicto privato agit civiliter ad pœnam, idem criminaliter deinceps experiri non poteſt; nec contra, *l. ult. de priv. delict. ſ. ult. de furt.* add. *l. 7. §. 1. de injur.* & inprimis *l. 56. §. 1. de furt.* propterea, quod pœna nihil eſt aliud, quam æſtimatio delicti, quæ bis præſtari nequit, *l. 41. in f. de pœn.* Quæ ratio cum exulet in concurſu privati publicique judicii; conſequitur: alterum per alterum non conſumi, quum ea non iisdem perſonis dentur. quo facit *l. un. C. qv. civ. act. crim. præjud.* Alterum ex altero non conſequitur: Jure Germanico interdum vel actio rei perſecutoria, vel pœna publica, conſtituta eſt; ergo privatis pœnis, quæ Jure Romano, eoque ad Germanos cum uſu fori, tum tot Imperii legibus, translato, continentur, uti non licet. Ipſimet veteres Germani quandoque actionibus pœnalibus uſi ſunt. Igitur hæ illorum genio non adverſantur. Jus domeſticum interdum pœnas definit privatas; ergo conſequitur: idem illud in tantum non abhorrere a Romano Jure, in quantum eo ejusmodi pœnæ, noſtro omiſſæ, continentur. Speciatim Saxones, abolita Juris patrii pœna in capite injuriarum, non ſolum actionem ad palinodiam, de qua *p. 4. conſt. 42.* cavetur, ſed & injuriarum æſtimatoriam, libenter receperunt. Quid igitur impedit, quo minus aliis quoque pœnalibus actionibus locus eſſe poſſit? præſertim cum injuriarum actioni Leges ita non faveant, quam quidem aliis, ut vel ex eo liquet, quod æſtimatoria non detur hæredi; cum e contrario reliquæ pœnales, exceptis perpaucis, eidem accommodentur.

Continuatio argumenti.

XIII.

Nec vero hic attinet, quo actiones pœnales modo apud Romanos fuerint introductæ, anxie perveſtigari. Nobis ſuffecerit, vitio vacare conſilium, quo adductus ſapientiſſimus Legiſlator illum puniendi modum ſtatuerit, præſertim cum idem ſubinde ipſomet Jure Divino adjuvetur. *Exodi XXII. 1. 4. Luc. XIX. 8.* Judici non eſt data poteſtas judicandi de legibus, ſed ſecundum eas, *l. 15. pr. ad municip.* Tum vero maxime a legibus ſcriptis recedendum non eſt, ſi non contineant iniquitatem. Quamvis autem pœnas Civiles, ſive privatas, dupli, tripli, quadrupli, moribus hodiernis ceſſare, contendant, inprimis Belgæ, veluti Vinnius, Regnerus, Wiſſenbachius, præſertim vero Grœnewegenius paſſim: iis tamen, qui pro actionum pœnalium uſu propugnant, judicio

Auctoritas. suo iam pridem præivit Bartolus, cum in *lege 7. C. de Agricol.* tradit, omnes Romanorum Leges, utcunque pœnales, posse porrigi ad similes casus nostri seculi; immo & favorabiles censeri propter publicam utilitatem, quia metu pœnæ multi parcius delinquant, *l. 3. §. 14. de SCto Silan.* Quod quidem verissimum esse, judicat Oldendorpius *de Actionib. class. 1. act. 3. p. 22.* Eandem docendi viam ingressi sunt Nostrates, inprimis Brunnemannus, Tabor, Strykius, Schilterus, Hoppius, qui subinde pro usu earundem elaborarunt. Nec prætereundum est maximorum virorum, Huberi, Lynckerique, de hoc argumento judicium, quod *Resol. Lauterbach. pag. 792. seq.* laudavit Dn. Præses.

Ordinat. recognita tenor. Pari modo dignum memoria est, cum *Ordinatio Processus Elect. Sax.* anno 1699. Dresenæ recognosceretur, eandem de usu actionum pœnalium sententiam, assentientibus inclutis Ordinibus, placuisse, verbis: hierüber soll auch einem Kläger nach Gelegenheit der Fälle sich derer Actionum pœnalium, in duplum & quadruplum, und dergleichen so weit dieselben der Verfassung unserer Lande nicht zuwider, wie nicht weniger des Remedii ex Decreto D. Marci *in l. 13. quod met. causs.* & *l. 7. C. unde vi,* zumahl selbiges in denen Reichs-Abschieden de anno 1521. rubr. wie es in Irrung der Possession §. und ob sich ꝛc. idem de anno 1532. rubr. Cammer-Gerichte, §. 15. ausdrücklich bestätiget, gebührend zu gebrauchen nachgelassen seyn. Uti igitur hucusque Collegia Electoralia Saxonica pro usu actionum pœnalium, quotiescunque occasio tulit, intrepide pronuntiare consueverunt: ita hoc in capite, quam prædixi, Ordinationem & fori consuetudinem publica lege donatum iri, nulli dubitamus. Denique

Actionum pœnalium utilitas. si quis quærat: quænam sit actionum pœnalium utilitas? in promptu est, quod respondeatur: Nam pœna, eaque pecuniaria, præter rem, ejusve æstimationem, ipsimet actori applicatur: itemque, sicubi plures deliquerint, solutio unius reliquos non liberat, *l. 11. §. 2. ad L. Aqv. l. 1. C. de condict. furtiv.* Quid autem, si reus non habeat in ære, ut solvere possit pœnam pecuniariam? tum vero in corpore luat, *l. 7. §. 3. de jurisdict. l. ult. de in jus voc.* Quæ regula vulgo male extenditur ad debita ex caussa contractus.

XIV.

Sequitur, ut de Actionibus pœnalibus, earumque usu, sigillatim videamus. Ut autem memoriæ legentis tantisper consulamus, Actionum pœnalium summam in tabellam conjicere libet.

Actio-

- Actiones pœnales *th. 4.* sunt vel
  - puræ *th. 7.* vel
    - simpliciter & absolute *th. 14. 15.* ut
      - Actio de albo corrupto, *th. 15.16.*
      - Actio ex edicto de in jus voc. *th. ead. 15.* & 17.
      - Actio ex edicto ne quis eum, qui in jus voc. *th. ead. 15. & 19.*
    - relative: Actio furti
      - manifesti. *th. 20. & 21.*
      - non manifesti. *th. iisdem.*
  - mixtæ *th. 7.* hæ dantur vel
    - ex postfacto & accidenti *th. 22.* & quidem vel ob
      - inficiationem *th. 23.* ex caussa
        - contractus *th. 24.*
          - Actio depositi *th. 24.*
          - Actio ob usum falsorum ponderum *th. 25.*
          - Condictio ex Auth. contra. C. de P. N. N. P. *th. 26.*
        - delicti, ut actio L. Aqv. *th. 27.*
      - moram
        - simplicem, ut actio ex testamento ad pias causs. *th. 28.*
        - dolosam, ut Actio quod metus caussa. *th. 29.*
    - ab initio, & natura sua, *th. 30.* vel in
      - duplum ut
        - Actio de serv. corr. *th. 31.*
        - Actio de dejecto vel effuso. *th. 33.*
        - Actio arb. furt. cæs. *th. 34.*
        - Actio ex edict. de public. *th. 35.*
        - Actio de tigno juncto. *th. 36.*
        - Actio de rat. distrah. *th. 37.*
        - Actio in factum, *ibid.*
        - Actio ex edicto Prætor. &c. *ibid.*
        - Actio in factum contr. naut. &c. *ibid.*
      - triplum ut
        - Condictio ex lege &c. *th. 38.*
        - Act. ex l. ult. C. de his, &c. *ibid.*
      - quadruplum ut
        - Actio vi bon. rapt. *th. 39.*
        - Actio de calumn. *th. 40.*
        - Condictio contr. execut. lit. *th. 41.*
        - Act. ex l. ult. C. ad L. Jul. repet. *th. 42.*

Sed ordinis interest, tractari primum *Actiones pure pœnales*, quæ docendi caussa, ita distingvi possunt, ut persequantur pœnam vel *simpliciter* & absolute, v. c. centum aureos; vel *relative* ad rem, quæ alterius fuit, sine determinatione certæ quantitatis, veluti pœnam dupli. Ubi meminerimus, fundamentum hujus distinctionis a diversitate delictorum repetendum esse. Quædam enim ita sunt comparata, ut per ea alteri quid absit ex patrimonio; quædam vero consistunt in simplicibus factis, quibus alteri nihil aufertur: in his obtinet pœna simplex; in illis vero relativa ad ipsam rem, quæ alteri ex patrimonio abest.

Fundamentum distinctionis.

XV.

Exempla actionum pure pœnalium, earumque simplicium.

Actionum pœnalium pure talium, & quidem prioris generis exempla proponuntur a Justiniano in § 13. *I. de act.* 1.) *Actio de albo corrupto*, ad pœnam quinquaginta aureorum, *l. 7. pr. de Jurisdict.* 2.) *Actio ex edicto de in jus vocando*, ad pœnam quinquaginta aureorum, *l. pen. & ult. de in jus voc.* 3.) *Actio ex Edicto: ne quis eum, qui in jus vocatus, vi eximat*, ad id, quanti ea res est jurato ab actore æstimata, de qua controversia est, *l. ult.* junct. *l. 5. § 1. ne quis eum, qui in jus voc.* Ubi sciendum, *Aureorum* non semper idem pondus, eundemque valorem, fuisse. vid. Budæus *de Asse lib. 3.* Alemann. *palestr. part. 9. qv. 8.* Apud Romanos olim aureus decem librarum Mediolanensium summam reddidit, h. e. sesquitrium ducatorum; quo sensu aurei in Pandectis accipiendi sunt. At Justiniani tempore aureus æstimatus fuit 25. denariis, sive mille sestertiis, *§. 3. I. de success. libert.* ita, ut 72. aurei auri libram sive marcam præstiterint, *l. 5. C. de suscept.* Aurei vero etiam dicti fuere *Solidi*, ut ex collatione *§. ult. I. de pœn. tem. litig. l. pen. & ult. de in jus voc. §. 1. I. de oblig. quæ ex quas. delict. l. 5. §. 6. de his, qui effud. vel dejec.* liquet: non quidem ratione materiæ, sed ad differentiam semissium & tremissium, qui dimidiam & tertiam solidi partem valebant. Unde etiam *integri* vocabantur. Quanquam Schilterus *Exerc. 43. th. 11.* observat, aureum a solido in eo differre, quod alter tres Imperiales & totidem grossos; alter vero duos Imperiales & duodecim grossos, æquet. Compara eundem *Exerc. 19. th. 55.* Hodie *Aurei* variant. Inprimis eorum alii sunt *Hungarici*, alii *Rhenani*, ita, ut secundum Constitutiones Imperii, illorum nonaginta tres; horum autem octo & sexaginta, ex marca puri auri fabricari queant. Ordinatim vocabulo: *Aureorum*, Rhenani intelliguntur, add. Gail. *2. Obs. 39.* Möller. *1. Semestr. 37.* Utriusque generis aureis commune est nomen *Floreni*, ab aureo Floren-

Aureorum varietas eruitur.

Florentinæ Reipublicæ dicti; contra vero Hungarici etiam *Ducati* dicuntur, nomine orto a verbis, monetæ Venetæ impressis: *sit tibi, Christe, datus, quem tu regis, iste Ducatus*. Hic, quod ad usum fori, observes, velim, regulam: pœna aureorum non ex sententia antiquioris temporis, vel Romanorum, vel Justiniani, sed ex præsente rerum statu, æstimanda est. Ratio ea est, ut temporibus deserviatur, ac benignior interpretatio in caussis pœnalibus pro minore quantitate locum inveniat. *l. 155. §. ult. de R. I.* Oldendorp. *de Act. Class. 1. act. 3. pag. 24.* *Regula de usu fori.*

XVI.

I. Ad *Actionem de albo corrupto* quod attinet, ea hodieque in foro Germanico valet, Oldendorp. *d. l. p. 22.* Quanquam vero hodie magistratus ex officio in ejusmodi corruptores inquirere & arbitrarie animadvertere solet: illud tamen non tollit usum actionis nostræ, nec impedit, quo minus ea, salva pœna publica, institui queat. Ubi admonendi sumus: 1.) Actionem de albo corrupto directam locum habere, quoties ipsum Prætoris Romani album, idemque perpetuæ jurisdictionis caussa propositum, corrumpitur. Ex quo consequitur, actionis directæ quidem in foro Germanico nullum usum esse. 2.) Actionem utilem obtinere *a*) in his, quæ ab illo magistratu, quam a Prætore, aliterque, quam in albo, *perpetuæ* tamen *jurisdictionis* caussa, proponuntur, puta legibus, edictis & statutis, Meier. *Colleg. Jur. Argent. tit. de jurisdict. th. 51.* sigillatim Cancellariæ Romanæ regulis, Mornac. *ad l. 7. d. t.* & admonitionibus Episcoporum, pro foribus templorum, perpetuæ cognitionis caussa propositis, Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 281. n. 3.* minus autem in iis, quæ non perpetuæ jurisdictionis caussa a magistratu proponuntur. Cujusmodi sunt citationes edictales, subhastationes, (*subhastations-Patente,*) & similia programmata temporalia ac particularia, quæ ipsasmet personas litigantes attingunt: quanquam nihilosecius eorum corruptores & temeratores extra ordinem ex officio coërcentur. Quo pertinet cum responsum Scabinatus Lipsiensis, quod Schilterus *Exerc. 6. th. 26.* excitat, tum, quæ eodem responso continetur, *Emenda Principum Saxonica*, die Fürsten-Busse, eaque 30. solidis definita, Land-R. 45. qui conficiunt duos vicenos, sive 40. grossos, dreyßig Schillinge, welche 2. alte Schock, oder 40. gr. austragen. Ut taceam, ipsummet Jus Saxonicum hoc in capite variare, & minus in foro observari, ut est apud Colerum *Decis. 161. n. 35.* & Schilterum *cit. th. 26.* Add. Vinnius, Belga, *ad §. 13. I. de act. n. 2.* ubi ipsemet confitetur, sententiam Ant. Gomezii,

I. Actio de albo corrupto in foro valet

non directa,

sed utilis

a.) in iis, quæ perpetuæ jurisdict. caussa proponuntur.

Exempla.

Gomezii, qui ab eodem dissentit, praxi horum temporum magis convenire videri. *b*) Libris, publice repositis, statuis, picturis publicis, marmoribus, columnis, saxis & aliis quibuscunque rebus, ad *perpetuum usum ac memoriam* publice decretis, Oldendorp. *pag. 23.* sigillatim in insignibus familiæ, in templo, aliove celebri loco, ad perpetuam memoriam collocatis, Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 281. n. 4.* ubi Statutum Patavinum ejusdem tenoris memorat; porro in insignibus judicii, & notis sive characteribus jurisdictionalibus, puta furcis, patibulis, numellis, crucibus, corruptis, violatis: quemadmodum post Gryphiandrum bene observat Schilterus *Exerc. 6. th. 25.* 3.) Actionem de albo corrupto esse popularem, atque adeo competere cuilibet de populo, *arg. l. 7. pr. de jurisdict. l. 4. 6. de pop. act.* Pœnam vero hic jure Romano, secundum Pandectas Florentinas, quingentorum; secundum Lectionem Holoandrinam & vulgatam autem, quam usus fori sequitur, quinquaginta aureorum esse, eamque actori, non fisco, applicari, *arg. l. 12. de V. S.* quæ est communis opinio, teste Oldendorpio *pag. 23. in fin.* Compara Schilterum *cit. Exerc. 6. th. 25.* ubi, auctore Petro Jacobo, regulam commendat: in foro mitior sententia, atque adeo illa, quæ pro minori quantitate militat, arripienda est. Sunt, qui putant, hodie pœnam in hac actione esse arbitrariam, Giesebert. *Harmon. Jur. ad §. 12. I. de act.* Lauterb. *Comp. Jur. tit. de jurisdict. in fin.* At enim satius est, communi opinioni insisti. Neque enim ex diverso Romanorum & Germanorum statu protinus arguere possis: ergo pœna, jure Romano conceptis verbis constituta, hodie apud Germanos est arbitraria; sed illud saltem: ergo apud Germanos non eadem aureorum quantitas, idemque valor intelligendus est, qui in foro Romano obtinuit, conf. supra *th. 15.* Quamobrem recte post Oldendorpium monet Schilterus *dict. th. 25.* hodieque quemlibet de populo invitari ad instituendam de albo corrupto actionem præmio quinquaginta aureorum, itemque Linckius *dissert. de albo c. 1. n. 50.* tradit, quemvis hodierno in foro eo nomine experiri posse, si quidem sumtus litis metuere nolit.

b) in rebus ad perpetuum usum publice decretis. Exempla.

Cui competat? Quantitas pœnæ.

Regula.

Usus fori.

XVII.

II. Actio de in jus vocando. Variæ de usu illius sententiæ.

Sequitur II. *Actio de in jus vocando*, seu, ne quis in jus vocet eas personas sine venia, quibus singularem reverentiam debet, ad pœnam quinquaginta aureorum competens, *l. 12. pen. & ult. de in jus vocand. §. 12. I. de act.* Hanc vero actionem hodieque obtinere, post Veteres, speciatim Odofredum, Speculatorem, Petrum Jacobum, aliosque Pragma-

Pragmaticos, Oldendorpius affirmat *class. 1. Act. 4. pag. 33.* Sed contraria sententia plurimis DD. placuit, teste Schiltero, *Exerc. 7. th. 5.* duabus inprimis de caussis: 1.) quia Edicti de impetranda venia duplex est caussa: altera remota, nempe naturalis reverentia; altera proxima, scilicet ordo procedendi, qui Jure Romano veteri obtinuit, ut cuilibet privata auctoritate per se, aut per apparitorem, in jus vocare licuerit. Atquin autem hodierno, immo etiam *Novellarum* jure, vocatio in jus judicis jussu fieri debet, *Nov. 112. & Nov. 53.* Cum igitur caussa proxima Edicti cesset; consequitur, ipsum quoque effectum cessare. 2.) quia hodie pro extrahendis processibus regulariter per literas, vermittelst des Praesentation-Schreibens, est supplicandum, ubi judex ipso citationis decreto veniae concessionem testatur, *arg. l. 15. de in jus voc.* Sed distingui fortasse hic possit cum Feltmanno ad *l. 13. de in jus voc. n. 7.* liceatne quem in jus vocare per viatorem, non adito prius judice, an non aliter, quam magistratus jussu: ita, ut priore casu adhuc veniae impetratio specialis sit necessaria, quo etiam inclinant Gronewegenius *de LL. abrog.* ad *l. 6. cod. n. 1.* Voëtius ad §. *12. I. de act. n. 4.* non item posteriore; nam, interveniente mandato generali ad exequendam citationem, judex minus de caussa cognoscit, ut proinde veniam tacite actori dedisse existimandus non sit. Itaque speciale mandatum, idque, antegressa caussae cognitione, requiritur. Interest autem hoc loco, circa vocationem in jus distingui tempora: 1.) a tempore *Leg. XII. Tabb.* usque ad tempora *Theodosii M.* expediebatur in jus vocatio a solo actore, cum principaliter, tum ministerialiter, & per vim quoque; namque obtinebat violenta; hinc formula: *imbere obtorto collo. L. XII. Tabb. c. 33.* quo pertinet locus *Matth. XIIX. 28.* 2.) ab aetate *Theodosii M.* usque ad tempus, quo *Justinianus* Pandectas & Codicem condidit; in jus vocatio fiebat ab actore principaliter quidem, h. e. privata auctoritate, sine jussu judicis, sed non ministerialiter: nam fieri debebat per apparitorem. Denique 3.) tempore *Novellarum* privata in jus vocatio omnino abrogata est, & citatio jussu judicis ac per apparitorem, atque adeo auctoritate publica, cum principaliter, tum ministerialiter, ad excludendas collusiones & fraudes, fieri debet, *dict. Nov. 112. c. 2. & Nov. 53.* Schilter. *Ex. 7. th. 4.*

Distinguitur.

Varietas Juris circa vocationem in jus.

XIIX.

Meminerimus autem hoc loco: 1.) hodie quoque necesse esse, ut in libello citationis *a*) ne dissimuletur conditio personae, ob quam reverentia debetur; alias enim venia generalis impetrata non censetur. *Temperamentum hodierni juris.*

b) Ut

b) Ut cum reverentia illius qualitatis fiat mentio, & modeste petatur citatio, *arg. l. 10. §. 2.* ibi: *edat conditionem, de in jus voc.* ita, ut actio ipsa cum veniæ petitione quodammodo cumuletur: saltem petitio veniæ specialis necessaria non est; quod, post Andlerum & Schulzium, annotavit Schilterus *cit. Exerc. 7. th. 7.* 2.) In illis tamen locis, quibus hodieque privata in jus vocatio obtinet, ut in Francia, apud Alphernienses, & in Hennebergia, ut & in requisitione ad Austregas, utpote quæ fieri solet instrumento notarii immatriculati, atque adeo proprie citatio non est, *arg. l. 15. in fin. C. de judic.* ibi: *non citati, sed requisiti.* actionem nostram pœnalem locum habere, Schilter. *prædict. th. 7.* junct. *th. 4.* Immo alicubi expressa statutorum dispositione, v. c. in Würtenbergia, Würtenb. LR. *p. 1. tit. 11. §. ult.* ibi: ohne unserer Amtleute und Gerichte sondere Erlaubniß, solennis veniæ impetratio recepta est. Quanquam tum veniam, in prima instantia semel impetratam, repeti in secunda, non est necesse. 3.) Illis locis, quibus hodieque Jus Romanum valet, actionem nostram pœnalem ad vasallum minus recte extendi; quia inter libertum & vasallum, inter manumissionem & contractum feudalem, magna est diversitas. Quam sententiam in Camera Imperii receptam esse, testatur Mynsinger *4. Obs. 92.* Conf. Finckelthus. *Disp. feud. 11. th. 18.* Quo loco sibi contrarius est Carpzovius, quippe qui *Disp. feud. 8. th. 6.* in vasallo veniæ impetrationem necessariam esse, statuit, alibi vero *p. 1. c. 2. def. 26.* generatim usum Edicti de in jus vocando negat. Tutius tamen est, etiam a vasallo peti veniam, cujusmodi exempla affert Schneidewinus *ad §. 13. I. de act.* maxime, si vasallus simul sit subditus. Tales vasalli hodie præsertim in provinciis Saxonicis dantur, utpote qui eadem formula, qua subditi, jurant: treu, hold, gewärtig und gehorsam zu seyn. Sunt quoque, qui usum Edicti extendunt *a*) ad parentes spirituales, qui dicuntur compatres, *c. 7. X. de cognat. Spirit.* *b*) ad sacerdotes, *c*) ad socerum & vitricum, qui in jure nostro parentum loco sunt, præsertim, si adhuc duret affinitas, *d*) ad præceptorem, non qualemqualem tamen; sed eum, qui simul educator vitæ & morum formator fuerit, conf. *l. 27. de donat.* ubi exemplum grati discipuli erga præceptorem extat, *e*) ad universitatem & civitatem; secundum communem opinionem, patria loco parentis habetur, *f*) ad homines proprios, adscriptitios, colonos, & similes. Quanquam vero hæc sextuplex extensio dubio non vacat, vid. Vinn. ad *§. 13. I. de act. n. 5.* tamen & honestius & tutius est, etiam his casibus veniam simul peti, atque impetrari.

Alicubi hæc actio simpliciter recepta.

Ad vasallum non extendenda.

Carpzov. sibi contrarius.

Temperamentum consilii juris.

Extensio ulterior ejusdem actionis.

dubia quidem, suadenda tamen.

petrari. 4.) circa subditos illud singulare esse, quod ad querelam subditorum prius a domino territoriali exigendæ sint literæ informatoriæ; alias processus est nullus, nullaque sunt mandata & decreta, *Rec. Imp. de anno 1654. §. 105. Capitul. Leopold. art. 3. in fin.* vid. Rhet. *Differt. de literis informatoriis.*

Singulare jus circa subditos.

XIX.

III. Actio ex Edicto: ne quis eum, qui in jus vocat. In foro valet.

Superest III. *Actio in factum ex Edicto: ne quis eum, qui in jus vocatus est, vi eximat;* de cujus usu eo minus dubitandum, quo gravius ii delinquunt, qui eximere eum, qui auctoritate judiciali citatus est, conantur. Argumentum hic ducitur a minori ad majus: si hæc actio ob privatam actoris in jus vocationem obtinet; multo magis valebit hodie, ubi citatio semper judicis jussu peragitur. Oldendorp. *class. 1. Act. 5.* Schilter. *Exerc. 7. th. 13.* quicquid contradicat Vinnius *ad §. 13. I. de act. n. 9.* ibi: *hodiernis moribus vix est, ut huic judicio sit locus.* Exemplum est apud Mornacium *ad l. 5. §. 1. ne quis eum, qui in jus vocab.* Ubi præterea animadvertendum est: 1.) reum hac actione tanti condemnari, quanti æstimata fuerit ab actore controversia, antegressis tamen & judicis taxatione, & actoris jurejurando in litem; neque respici, utrum actoris intersit. Unde etiam calumniator hanc pœnam persequi potest, *l. pen. §. 1. ne quis eum, qui in jus vocab.* Dissentit, quod ad jusjurandum in litem, Bachovius a se ipso; namque *ad Treutl. vol. 1. Disp. 21. th. 12. lit. g.* affirmat, jusjurandum in litem locum habere; sed ad *L. 5. π. dict. tit. n. 1.* negat. Nos persistimus in sententia ajente, secundum regulam: *quoties* res æstimanda est a parte; *toties* opus est jurejurando. Neque obstat, quod actio hæc quoque competat calumniatori. Resp. enim, competere saltem per accidens, neque hic respici jus vocantis, sed factum eximentis, ac contemtum auctoritatis judicialis, vid. Hahn. *ad Wesenbec. h. t.* 2.) Ab hac actione differre actionem ex *Edicto de eo, per quem factum erit, quo minus &c.* quæ est ex delicto rei persecutoria, atque adeo duntaxat rem persequitur, quanti actoris interfuerit, reum non fuisse impeditum, cum *a*) propter præscriptionem, inter ea temporis completam, *l. 3. §. 1. de eo, per quem fact. er.* tum *b*) ob alia damna, *l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, profer.* Hodie tamen citatione, rite insinuata, interrumpitur præscriptio, *l. 2. C. de annal. except. N. 119. c. 1.* atque adeo interesse primi generis exulat; alterum vero ratione damnorum atque expensarum adhuc obtinet. Quare non omnis hujus actionis usus cessat. 3.) Præter pœnam, actori applicandam, eum, qui

Locus hic est jurejurando in litem.

Differentia hujus actionis ab actione ex Edicto de eo, per quem factum erit.

In quantum posterioris actionis usus superfit?

Pœna publica eximentis in genere.

qui exemerit, etiam judici ad pœnam publicam, eamque arbitrariam, obligari ob turbatam jurisdictionem, *l. 4. pr. ad Leg. Jul. de vi privat.* Carpz. *Pr. Crim. qv. 40.* Speciatim vero in eum, qui debitorem tributorum occultat & liberat, itemque custodia traditum eximit, pœna talionis constituta est *l. 3. C. de exactor. tribut. l. 4. C. de custod. reor.*

in specie.

XX.

Exempla actionum pure pœnalium, earumque relativarum. Actiones furti non manifesti & manifesti. quarum usus.

Actionum pœnalium purarum posterioris generis; scilicet, quæ persequuntur pœnam *relative ad rem*, quæ alterius fuit, sine determinatione certæ quantitatis, duo sunt genera: *Actio furti non manifesti* in duplum, atque *Actio furti manifesti* in quadruplum. Plura in jure nostro vix reperias. Utrum autem illæ duæ actiones etiam in foro Germanico institui possint, non una omnium est sententia. Schulzius hic silet: nisi quod *tit. de actionibus lit. p. pag. 1276. n. 30.* generatim pronunciet: *hodie hujusmodi actiones pœnales in usu FERE esse desierunt*, Cœpolla & Clarus apud Berlichium *p. 5. concl. 43. n. 3.* negant: Oldendorpius affirmat, sed tum demum, cum statutum, vel consuetudo, permiserit, *class. 7. Act. 3. pag. 885.* Lauterbachius in *tit. de furt.* ait: *hæc actio hodie plurimis in locis abiit in desuetudinem*, excitatis Carpzovio *2. qv. 77. n. 5.* pariter & Berlichio *p. 5. Concl. 43. n. 3.* itemque *Tit. furti adversus nautas, in fin.* ait: *hæc actio vix est in usu*, commemorato Fibigio. Atqui, quod ad Berlichium, ipsemet *citato loco n. 2.* aliter sentit, & ideo ab ipso etiam Lauterbachio in parenthesi inter dissentientes relatus est. Verior est sententia, simpliciter affirmans; 1.) ob expressum textum in *Ordinat. Carolin. art. 157.* ibi: So soll ihn der Richter dazu halten, so es anders der Dieb vermag, dem Beschädigten den Diebstahl mit der zweyfach, vel, ut alii legunt: **Zwyspalt**, zu bezahlen; & *art. 158.* ibi: Daß er dem Beschädigten den Diebstahl **vierfältig** bezahlen, &c. Quo inprimis articulo usum actionis furti non obscure indigitari, atque adeo de Lauterbachii negantis sententia se dubitare, tradit Illustr. Strykius *ad Lauterb. Compend. de furtis.* 2.) Facit ratio: quod remedia extraordinaria non tollant ordinaria, eaque Jure publico introducta, sed solum infrequentia reddant, *arg. l. 1. §. 2. de migrando.* Nostrum non est, remedia, Jure publico introducta, & ignorantia, vel oscitantia, agentium omissa, gnaris & sapientibus adimere, *arg. l. 2. de administr. rer. ad civit. pertinent.* Plerique actores excluduntur reorum inopia, aut deterrentur fastidio. Itaque caussæ, quamobrem actio furti non frequentetur, quatuor inprimis existunt: *a*) ignorantia & oscitantia, *b*) reo-

asseritur.

Caussæ, quamobrem parum frequententur.

b) reorum inopia, *c*) fastidium, *d*) diffidentia. Exinde male colligitur: ergo actio furti institui non potest. Accedit 3.) auctoritas. Namque usum actionis furti vindicant spectatae auctoritatis viri, inprimis Berlichius *cit. loc. n. 2.* ubi praejudicium Scabinorum Lipsiensium, de poena quadrupli conceptum, affert, Tabor *Racemat. Crim. 1. th. 68. Racemat. 2. th. 22. & 81. Racemat. 3. th. 32.* (ubi speciatim agit de actione furti contra nautas &c.) & *ad art. 158. th. 12.* Brunnemannus *ad l. 5. 8. commod. n. 17.* ubi ait: *non puto, apud Belgas exolevisse actionem furti, cum apud nos SAEPIUS furti actione civiliter actum esse, sciam, praesertim contra infidum opilionem*: & in *Repetit. paratitl. Wesenb. tit. de furt. qv. 31. in fin.* ibi: *quas poenas nonnulli male putant abrogatas*, Schilterus *Exerc. 69. th. 5.* cum ait: *civilis tamen quoque persecutio furti in Germania usitata est*; provocans ad Brunnemann. *loc. cit.* Immo ipsemet Cujacius, quamvis *libr. 11. qv. Papin. ad l. 8. de postul. p. 23.* generatim actionum poenalium usum, fortassis in solo foro Gallicano, negare videatur: tamen secus de actione furti poenali testatur *Libr. 22. Juliani ad l. 56. de furt. pag. 156. §. verum.* cum, *hodie*, inquit, *si quis malit civili judicio in duplum agere, vel in quadruplum, omisso criminali, non esse repellendum.* vid. *Resol. Lauterbach. tit. de furt. pag. 822. seqq.*

XXI.

Operae pretium est, hic nonnulla subjici, quae ad uberiorem hujus argumenti intellectum pertinere videntur: 1.) *poenam dupli* in furto in locum capitalis, a Dracone constitutae, deinceps a Solone introductam, & *Leg. XII. Tabb.* ad furtum non-manifestum adstrictam esse. Quin eadem dupli poena ipsamet Hebraeorum Lege obtinuit, *Exod. XXII. 4.* 2.) *poenam quadrupli* in furto manifesto esse a praetore constitutam in locum poenae corporalis, quae & Legibus Graecorum & inde *Leg. XII. Tabb.* observabatur. Ratio vero, quamobrem in furto manifesto poena quadrupli, in non-manifesto poena dupli, obtinuerit; est partim, quod magis turpia sint, quae aperte fiunt, quam quae tecte & occulte; partim, ut praemium diligentiae extet, & poena desidiae. Caeterum duplum & quadruplum est mera poena, secus ac A. Faber statuit *Libr. 16. Conject. 12.* ubi ait: *omnes & prudentes, & interpretes, consentire.* Atquin autem nullus unquam extitit, qui sic sentiret. Inde Faber se in hoc capite turpiter errasse, ipsemet ingenue agnoscit *Decad. 82. err. 9.* 3.) *Constitutione Friderici l. 2. F. 27.* furem vel suspendi, vel fustigari: id quod ante quoque Jure Saxonico receptum fuit,

Origo poenae dupli.

quadrupli.

Utrumque est mera poena.

(Alia caussa prioribus adjungitur) Libr. 2. L. R. *art.* 13. ibi: den Dieb soll man henken; ac deinceps approbatum Carolino jure, *art.* 159. *& seq.* Cum itaque hodie plerumque furti nomine criminaliter agatur per modum inquisitionis; ideo fit, ut actio pœnalis furti minus frequentetur. Neque enim utraque actio furti, criminalis & civilis, concurrit, sed altera alteram consumit, *l.* 56. *§.* 1. *de furt.* quæ caussa illis, quæ *th.* 20. memoratæ sunt, *etiam jure Carolino,* adjicienda est. 4.) Jure Carolino, æque ac Civili, duplum & quadruplum in hac furti actione meram pœnam esse, si quidem fur, præter rem furtivam, duplum, vel quadruplum, restituere jubetur, *art.* 157. ibi: den Diebstahl mit der Zweyfach, i. e. rem furtivam una cum duplo, & *art.* 158. ibi: vor allen Dingen der Diebstahl oder Werth dafür, post: vierfältig. Itaque non est assentiendum I.) Hoppio *ad* §. 5. *I. de Oblig. quæ ex delict. Usu hod.* cum ait: *illud certum est, quod istud duplum, vel quadruplum, hodie non amplius sit mera pœna, sed simul contineat simplum;* Nec vero eum juvant verba *art.* 157. Den Diebstahl wiedergeben, oder noch einfach den Werth bezahlen, quæ etiam excitat, cum D. Hoppio consentiens, D. Strykius *in Not. ad Compend. Lauterb. tit. de furt.* Resp. enim, ea capienda esse, *a)* de fure inope, ibi: so der Dieb nicht vermag, atque adeo de casu excepto: jam exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis; *b)* de pretio rei furtivæ, scilicet, ut tum fur saltem reddere debeat rem in natura, aut ejus æstimationem, ibi: Den Diebstahl i. e. rem furtivam in natura, wiedergeben, oder, quæ vocula disjungit, non copulat, noch, hic legendum: nach, ut post *C. I. A. tit. de furt. th.* 23. *n.* 1. submonet Tabor *ad art.* 157. *th.* 25. einfachen Werth, i. e. rem, secundum simplicem sui æstimationem, bezahlen. 5.) Eodem Jure Carolino, si fur pœnam dupli solvere nequeat, pœnam carceris succedere: salva tamen restitutione rei furtivæ, ejusdemve pretii, in qua etiam læsus magistratui præfertur, *l. un. C. pœn. fisc. credit. præferr.* *(In quantum dominus antefertur magistratui?)* *art.* 158. ibi: und vor allen Dingen dem Beschädigten den Diebstahl, oder Werth dafür, so es in des Diebes Vermögen ist, wiederum werden: *Jun. art.* 177. ibi: und soll der Beschädigte mit derselben einfachen Vergleichung des Diebstahls der Obrigkeit Geld-Busse vorgehen. Enimvero dominus, ratione ipsius rei in natura inita, præfertur omnibus creditoribus, idque vi dominii, *arg. l.* 24. *§.* 2. *de reb. auct. jud. possid.* at, quod ad pretium sive æstimationem rei, non quidem præfertur omnibus creditoribus: habet tamen hypothecam tacitam, ex consuetudine fori, de qua testatur Carpzovius *Dec.* 190. *n.* 15.

n. 15. quæst. crim. 80. n. 119. itemque *p. 4. c. 39. def. ult.* quem confutat Lauterbachius *Exerc. 25. Concl. 5.* rursus vero tuetur Schilterus *Exerc. 24. th. 49.* atque adeo creditoribus chirographariis, personaliter privilegiariis, & hypothecariis posterioribus, anteponitur. Consentiunt post Baldum Beuther *1. de prælat. 44. & 2. c. 9.* Valer. *tit. hæreditas diff. 6. n. 2.* Vivius *Decis. 6. n. 1.* quibus tamen cum aliis, a se excitatis, obnititur Tabor. *ad l. 15. C. de furt.* At in pœna præfertur magistratus, *l. 2. & t. t. C. de privileg. fisc. dict. art. 157.* ibi ; aber mit der Ubermasse nicht.

XXII.

Actiones mixtæ.

Fuere Actiones, pure seu mere pœnales. Sequuntur *Actiones pœnales mixtæ*, quibus partim rem, partim pœnam, persequimur. Hæ iterum sunt vel *ab initio* & *sua natura* tales, vel *ex post facto*, & *accidenti*. Facta & caussæ autem, ob quas *ex post facto & accidenti*, actiones, in se & sua natura, rei persecutoriæ, fiunt pœnales mixtæ, sunt duæ : 1.) *inficiatio*, 2.) *mora*.

1. ex post facto.

XXIII.

I. Ob inficiationem.

I. Ob *inficiationem* actiones, in se & sua natura, rei persecutoriæ, fiunt mixtæ pœnales rursus vel *ex caussa contractus*, vel *ex caussa delicti*. Ubi notes, velim : 1.) inficiationis in Jure alias etiam pœnas esse constitutas, e. gr. ut, si falso quis dicat : se non possidere, rei possessione privetur, eaque in actorem transferatur, *l. ult. de R. V. N, 18. c. 10.* modo reus *a*) dolo, vel culpa lata, neget, & *b*) speciatim quidem, atque *c*) in ea negatione, antequam convincatur, persistat : immo vero suffecerit litis contestatio generalis, si quidem speciatim in libellum actionis possessio rei fuerit deducta. Eidem locus est pœnæ, si quis, alieno se nomine possidere, respondeat ; deinceps tamen proprio nomine possidere, convincatur, vid. Hilliger. *ad Donell. lib. 20. c. 3. lit. R.* Quæ quidem pœna hodieque obtinet, ut apparet ex DD. quos excitat Brunnemannus *ad dict. leg. ult.* ubi etiam recte confutat Regnerum, statuentem, hoc casu possessionem ad fiscum transferri. Compara *Electa proc. Ordin. tit. 16. Observat. 2. animadv. 5.* 2.) Omnem quidem actionem pœnalem esse ex delicto. At *delictum* est duplex : aliud *principale*, quod seorsim & per se existit ; aliud *incidens* atque *accessorium*, quod modo delicto principali adjungitur, modo incidit in contractum, atque adeo duplicem caussam, cui accedit, habet, vel delictum, vel contractum. v. c. damnum, injuria datum, est delictum principale, cui si accesserit aliud, puta inficiatio, dicitur hoc delictum accessorium : contra

Alia inficiationis pœna ex l. ult. de R. U.

usu recepta.

Delictum est duplex, principale aliud, aliud accessorium.

tra vero depositum, etiam miserabile, est contractus; at, si in ejusmodi depositum incidat inficiatio, hæc ipsa delictum incidens vocatur. Enimvero, quemadmodum præcepi, omnis actio pœnalis est ex delicto; sed actio ex delicto non semper est pœnalis: quum ex delicto quædam actiones sint rei persecutoriæ, veluti actio, quod metus caussa, itemque rerum amotarum, doli, quæ fiunt interdum, puta in casibus, lege expressis, mixtæ, quoties scilicet aliud concurrit delictum, v. c. inficiatio, aut mora. Porro nulla actio pœnalis est ex contractu, qua tali, sed si delictum concurrat, puta inficiatio, aut mora; tum vero quandoque actio, quæ ex contractu proficiscitur, & sui natura est rei persecutoria, efficitur mixta pœnalis. Qualitas rei persecutoria est ex contractu; qualitas autem superveniens pœnalis est ex delicto. Actio ex contractu, intercurrente delicto, non tollitur, sed alteratur; quandoquidem novam induit qualitatem, &c, cum antea solam rem persequeretur, iam pœnam quoque persequitur. Quare actionum mixtarum hujus generis duæ sunt caussæ: altera primaria, contractus; altera secundaria, delictum. 3.) Quod dixi, actionem ex contractu rei persecutoriam, superveniente delicto, fieri pœnalem mixtam; generatim de dolo incidente minus exaudiendum esse: aliud est dolus: aliud delictum. Omne quidem delictum, idemque verum, fit dolo; sed non omne statim factum, quod dolo fit, est delictum, sensu scilicet civili & externo. Neque etiam omne delictum superveniens actioni ex contractu rei persecutoriæ adjicit qualitatem pœnalem; sed illud demum, quod speciatim a lege notatum est, v. c. mora & inficiatio, casibus scilicet, lege nominatis. Quamobrem regulariter dolus, in contractum incidens, non mutat conditionem actionis, sed ipsemet actione ex contractu purgatur, v. c. cum me in vendendo circumvenisti dolo, mihi simplex actio emti adversus te competit ad id, quod interest; non æque ad pœnam, *l. 7. pr. & §. 3. de dol. mal. l. 13. §. 4. & §. 5. de act. emt. vind. l. 2. C. eod.*

Aliud item est dolus, aliud delictum.

XXIV.

a) ex caussa contractus.

Ex caussa *contractus* ob inficiationem tres potissimum succurrunt species actionum rei persecutoriarum, quæ mixtæ fiunt in duplum: I. est *Actio depositi*, quod *miserabile* alii, alii *necessitatis*, vocant, & tempore tumultus, incendii, ruinæ, & naufragii, (declarative, non exclusive, *arg. 2. f. 24. §. 2.*) contrahitur, *l. 1. §. 1. l. 18. deposit.* Quæ quidem actio quin in foro Germanico valeat, libereque exerceri queat, eo minus est dubitandum: quo gravius Jure divino inficiatio in simplici etiam

I. Actio depositi miserabilis. Cujus usus asseritur.

etiam deposito coërcetur, *Lev. VI. pr.* ubi præter rem quintuplum præstandum injungitur. Enimvero Groenewegenius *ad dict. l. 1. §. 1.* illam dupli pœnam exolevisse, refert; sed non probat. Recto potius judicio Brunnemannus ad *eandem legem 1. §. 1. n. 3.* commemorat caussas, quamobrem hodie rarius ad duplum agatur, aut dupli pœna dicitetur: vel quia actor non petit; vel quia hujusmodi homines perfidi pauperes esse solent; vel quia judex nescit. Quin statutis nonnullorum locorum conceptis verbis in hoc capite dupli pœna legitur repetita, veluti jure provinciali Wurtenbergico *p. II. tit. 3. §. ult.* ut & Culmensi *lib. IV. tit. 3. c. 3.* itemque Reformatione Norimbergensi *lib. V. tit. 15.* Quamobrem minus, quam debebat, dicit Lauterbachius in *Compend. tit. deposit.* cum ait: *dupli pœna non ubique exolevit.* Immo vero nusquam ea exolevisse præsumitur, donec contrarium statuto, vel consuetudine, probetur. At in deposito voluntario propter inficiationem actioni in duplum, (secus ac Jure divino, quemadmodum prædixi) locus non est; sed depositario, ob dolum condemnato, solum infamia juris irrogatur, *l. 1. l. 6. §. ult. de his, qui not. infam. l. 10. C. depos.* Add. tamen Schilter. *Exerc. 10. th. 35.* Caussæ vero dupli in deposito necessitatis, eoque cum inficiatione conjuncto, sunt: 1.) necessitas periculi. 2.) quod arbitrium eligendi tum concessum non sit; sed cuilibet occurrenti, etiam ignoto, fidem quis habere cogatur. 3.) quia facilior est fallendi caussa, atque adeo hic perfidiæ crimen crescit, ut merito improbissimus homo habeatur, qui per inficiationem ex aliena calamitate lucrum captare velit, *l. 1. §. 4. depos.* Quæ quidem momenta tanti esse videntur, ut omnino actionis nostræ usum confirment, quo singularis illa perfidia coërceatur.

Laudatur Brunnemannus.

Statuta firmantia recensentur

Lauterbachio occurritur.

Caussæ dupli.

XXV.

II. Species est *Actio* pœnalis *ob usum falsorum ponderum* in duplum, *l. pen. §. 1. ad leg. Cornel. de fals.* ibi: *quanti ea res est, ejus dupli condemnetur. l. 52. §. 22. de furt.* ibi: *furti eum teneri.* Enimvero hæc actio, spectata origine, est ex contractu, atque adeo rei persecutoria; sed propter inficiationem, sive falsum, quod committitur, utendo falsis ponderibus, fit pœnalis, &, quemadmodum prædixi, datur in duplum. Sane publice interest, curam mensurarum exactam servari, diligenterque provideri, ne quid in iis falsitatis & fraudis committatur; quum vix subsistere possint commercia, si eorum instrumenta cum fide, mercaturæ nervo, sint corrupta. Unde Romanis inprimis curæ fuit, ut pondera & mensuræ sanctæ, atque ab omni fraude alienæ, serva-

II. Actio ob usum falsorum ponderum.

Caussæ, quamobrem ea hodieque institui queat.

servarentur; ficuti *l. 13. §. 5. locat. l. 9. & ult. C. de suscept. l. 6. pr. C. de defens. civit. N. 128. c. 15.* elucet. Quas, similesque, caussas si quis bene expendat, minus ambiget, actionem, de qua in præsens laboramus, ita esse extra usum fori collocatam, ut tamen eadem uti nemo prohibeatur; ut recte docuit Mevius *ad Jus Lubecense p. 4. tit. 12. art. 1. n. 17. seqq.*

XXVI.

III. Condictio ex Auth. Contra qui. C. de non num. pecun.

III. Species est *Condictio ex Authentica contra qui propriam. C. de non num. pec. & N. 18. c. 8.* quæ quidem etiam, considerata origine, est ex contractu, sed ob inficiationem manus suæ datur in duplum. Alii appellant *implorationem officii judicis.* Nihil vetat, quo minus dici queat ipsamet actio ex contractu mutui, quæ ob inficiationem deinceps in duplum crescit. De usu hujus actionis inter DD. non omnino convenit. Struvius *S. I. C. Exerc. 16. th. 49.* dupli pœnam hodie vix obtinere, aliquando tamen pro arbitrio debitorem puniri posse, tradit; atque eandem sententiam repetit *cap. 13. Dec. 21.* Lenius judicat Lauterbachius *in Compend. tit. de reb. credit.* cum ait: *pœna dupli hodie non ubique observatur, sed negans arbitrarie punitur.* Uterque tamen, ut vides, subdubitat, atque ea de re nihil certi definit.

Cujus usus defenditur.

At enim, quid obstat, quo minus in foro Germanico hoc quoque jure stemus, quod ad reprimendam mentiendi & inficiandi libidinem inventum est? Quo crebrius in hoc capite peccari, &, quicquid ab altero litigantium asseritur, ab altero temere negari, eoque multum negotii & adversario, & judici, fieri solet: eo etiam magis locum juris auxiliis relinqui oportet, quæ ad coërcendum illum pruritum comparata sunt.

Dubium.

Sed, inquiunt nonnulli, gravis & insolens est hæc Justiniani sanctio, propterea, quod reus iterum solvere cogatur, præsertim actori quoque malæ fidei, h. e. petenti, quod solutum est. Atqui, pergunt, cum is dolo quoque faciat, in pari turpitudinis caussa conditio rei conventi deterior esse non deberet, *l. 128. pr. de R. I.* Balduin. *Justin. lib. 4. pag. 423.* ex eoque Wissenbach. *ad dict. Auth.* Verum salva res est.

Solvitur.

Quid enim, si creditor mala fide vacet, puta, quod sit hæres, atque ex chirographo, in hæreditate reperto, bona fide agat? Igitur terminos habiles præstrui oportet, ut locus illi, alioqui saluberrimæ, sanctioni concedatur. Quid de hoc juris argumento speciatim in Gallia, & Belgio, obtineat, in præsens parum curo. Sane nihil a DD. utriusque regionis affertur, quo persuaderi possis, Justiniani sanctionem exulare. vid. Rebuff. *ad Const. reg. in proœm. gloss. 5. n. 60.* Christin. *vol. 5. dec. 37.*

dec. 37. n. 12. seq. Immo Mornacius *ad dict. Auth.* ex citato Rebuffo, refert, eum esse in Gallia morem, ut, quisquis negaverit propriam scripturam, si convincatur, non condemnetur quidem præcise in duplum; sed mulctetur pro ratione delicti, duplumque sæpius eo casu mulcta egrediatur. Ut intelligamus, Gallos non omnino respuere pœnam illam civilem, quam Justinianus sanxit. Quibus subjiciamus, licet: *Mornacius explanatur.*

1.) scripturæ propriæ, itemque, quæ literas debitoris habeat, vocabulo *dd. textibus* intelligi manu ejusdem non scriptam tantum, sed & subscriptam, eamque ex mutuo, eine, wegen eines Darlehns mit eigener Hand geschriebene oder unterschriebene Handschrifft. Neque enim actioni nostræ locus est ob instrumentum, a notario confectum; neque ob publicum, sive judiciale, quoniam hæc instrumenta publica fide nituntur, atque adeo negari non possunt. Sunt, qui statuant, eandem actionem admittendam esse, nullo discrimine, sive scriptura facta sit ad obligationem, sive ad probationem. Sed benignior est sententia, arctandam esse actionem ad eum casum, cum quis inficietur scripturam suam, obligationis caussa factam, ob verba *Authenticæ: quæ conveniutur.* Quanquam illa fonte, i. e. *prædicta Novella*, non continentur. *Quæ hic scriptura intelligatur?*

2.) Uno etiam libello duo simul peti posse, conditionaliter tamen: ut debitor condemnetur ad restituendum debitum, &, si neget, ad duplum. *Uno libello duo peti possunt.*

3.) Eum, qui negat propriam scripturam, postmodo exceptionem solutionis opponere non posse, *dict. Auth. & Nov.* Quod quidem Hahnius *ad Wesenbec. tit. de except. n. 11.* generatim capit, ita, ut, quisquis temere negat intentionem actoris, ea deinceps legitime probata, commodo exceptionum privetur. *Negans exceptionibus privatur.*

4.) Probationem numerationis fieri debere per testes, vel instrumenta: alioqui debitor, si quidem, jurisjurandi religione tactus, confiteatur, in expensas litis tantum tenetur, *dict. Auth. & Nov.* quia pœna dupli constituta est non ob solum mendacium, sed & ob necessitatem & molestiam novæ probationis, quæ cessat, delato jurejurando. Idem existimo, si reus jusjurandum referat, vel prius deferat actori, atque adeo eum liberet alia difficultate probationum, quem tam liberaliter facit in sua caussa judicem, *arg. l. 30. pr. de jurejur.* *Quomodo probatio numerationis fieri debeat?*

5.) Etiam actorem improbum a Justiniano hic castigari. Nam, si apocham, manu sua scriptam, negaverit creditor, non solum convictus caussa cadit, sed &, quantum petebat, tantumdem reo præstare jubetur: non minus, quam si vim fecisset. *Pœna ad actorem extensa,*

6.) Eandem dupli pœnam proferri ad tutores & curatores, ut, si quidem vel convenientes alios, vel conventi, scripturam, a se factam, negent, *itemque ad tutores & curatores.*

M

Quomodo evitetur? gent, ipsi dupli poenam subire cogantur, *Num. 18. c. 9.* 7.) Debitorem poenam dupli evitare posse; modo, antequam convincatur, poenitentia ductus, se debere, confiteatur, *dict. Auth.*

XXVII.

b) ex caussa delicti, Actio L. Aquiliae, a non usu vindicata. Ex caussa *delicti* per inficiationem *Actio Legis Aquiliae* in duplum damni dati competit, *§. 26. I. de act. L. 2. §. 1. L. 23. §. 10. ττ. & l. 4. C. ad L. A.* Quae num hodieque in foro institui possit, idem illud est, de quo acriter disputari solet. Negant pro more DD. Belgici, speciatim Groenevvegenius *hic*. Huic tamen se assentiri, negat Brunnemannus *ad dict. leg. 23. §. 10. in fin.* quem Schilterus probat *Exerc. 19. th. 68.* *Sichardus laudatur.* Placet nobis judicium Sichardi *ad rubr. Cod. de L. A.* sententis, in actione *L. A.* petitionem dupli ob inficiationem nove quidem, sed vere, fieri, atque utilem esse: unde ipsemet formulam petitionis in duplum concepit; quamvis alioquin eandem Schneidewinus, pariter atque Oldendorpius praetermiserint. Neque multo secius existimat D. Stryckius *V. M. ττ. tit. ad L. A. §. 20.* ratus, jus Civile in judicia hoc casu reducendum esse, quo coërcerentur eo melius publica illa, in judicio prolata, mendacia; excitato Jure Prutenico, quo conceptis verbis illa dupli poena confirmetur, *lib. 6. tit. 10. art. 1. §. 5.* Immo apud Francos mulctam hic ex caussa inficiationis dictitatam fuisse, *Damnum datur vel in contractu vel extra contractum.* tradit & probat Schilterus *Exerc. 19. th. 54.* Praeterea hoc loco intelligendum est, 1.) damnum injuria, i. e. dolo, vel culpa, etiam levissima, *l. 44. ad L. Aqu.* dari vel in contractu, vel extra contractum; alterum vindicatur actione ex contractu ad simplum; alterum autem est delictum, (verum vel quasi) & vindicatur actione legis Aquiliae: atque iterum est vel occisio; vel, praeter occisionem, aliud qualecunque damnum. Occisio, & quidem quadrupedis, quae pecudum numero continetur, ex primo Legis Aquiliae capite aestimatur, quanti pecus intra annum, retro computandum, plurimi valuerit; at vero occisio alius animalis, aut aliud, praeter caedem pecudis, damnum ex tertio capite, quanti res plurimi fuerit intra mensem: utrumque intellige extra casum inficiationis. Namque ob inficiationem aestimatur duplo, habita scilicet utrinque ratione speciei occisae, non generis; nisi corpus *Etiam actionis L. A. ex 1. & 3. capite usus asseritur.* occisum fuerit nimis incertum, *§. 6. & 14. I. de L. A.* 2.) Modum aestimandi damni, qui primo, & tertio, L. A. capite continetur, hodie non observari, quin ipsammet actionem L. A. non amplius poenalem, sed rei persecutoriam, esse, si quidem Groenewegenium *ad §. 9. I. de L. A.* A. Matthaei *de criminib. L. 47, t. 3. c. 3. n. 3,* Gudelinum *de*

Jure novissimo lib. 3. c. 13. Simonem van Leevven *lib. 5. c. 21. n. 16.* Struvium *S. J. C. Ex. 14. th. 25.* Lauterbachium *in Compend. dict. tit.* aliosque, bene multos, audias. Quibus in eo quidem fidendum est, quod raro actio L. A. ex sententia Juris Romani instituatur: inde tamen statim non arguas, eandem in foro Germanico institui minus posse: quo nomine in advocatos pariter ac judices increpat Sichardus *ad rubr. C. de L. Aqv. n. 13. seq.* Quanquam vero Brunnemannus *ad l. 27. h. t. n. 7.* post alios, a se excitatos, idem illud, de quo hic laboratur, in praxi observari, negat: tamen ipsemet de primo L. A. Capite *in Paratitl. Wesenb. h. t. qv. 9.* diserte addit: *sed tutius in lege manemus.* Itaque, ut Brunnemannus sibi concilietur, altero loco intelligendus est de usu; altero de utendi facultate: quin illam ipsam æstimationem, quanti maximi anno fuerit, moribus Teutonicis non repugnare, docet *Jus Suevicum cap. 312. §. 3.* de donatione Ecclesiæ facta, si quidem eam revocare hæredes donatoris tentent temere & contra instrumentum, apud Schilterum *Exerc. 19. th. 68.* Atque eandem in capite damni novissime comprobat *Jus Prutenicum lib. 6. tit. 10. art. 1. §. 5.* sublato discrimine animalium, quod Jus Romanum servat. 3.) Jure Germanico, inprimis Saxonico, tres hodie ex caussa damni, injuria dati, competere actiones. *Prima* est *rei persecutoria*, atque adeo ad simplicem damni restitutionem datur, cujus formulam exhibet D. Svendendörfferus *de act. c. 3. membr. 27. sect. 1.* *Altera est actio injuriarum, mere pœnalis,* ex Lege Saxonica *ad pœnam,* sive *Emendam,* die Busse, *l. 3.* Land-R. *art. 48.* Ubi observes, velim, *Emendam* esse duplicem: alia enim decernitur *ob occisionem;* alia *ob vulnerationem:* altera dicitur a Weh-ren, i. e. tueri, itemque Mann-Geld, Sühne-Geld, &, pro conditione personæ interfectæ, variat: masculo occiso, est 20. at, fœmina interfecta, 10. Joachimicorum; altera speciatim vocatur emenda, & consistit partim in pretio doloris, Schmertz-Geld, partim in carentia operarum, Versäumniß. Cæterum hanc actionem medii generis cum actione primi generis prudenter cumulari, monet Besoldus *Thesaur. pract.* voc. Abtrag. Confer. *l. 33. pr. de O. & A.* *Tertia* denique *actio mixta* est *ex ipsa Lege Aquilia*, eaque cum jure Romano in Imperio Teutonico usu recepta, vid. Schilter. *dict. Exerc. 19. th. 67. & 68.* Actio primi generis contra plures datur pro rata, ita tamen, ut, uno solidum solvente, ceteri liberentur: at actio secundi generis competit contra plures in solidum: denique actio tertii generis, qua rem persequitur, datur contra plures pro rata; qua autem poenam continet, in so-

Sichardus commendatur.

Brunnem. sibi conciliatus.

Jus Svevic.

ut & Prutenic.

in partes vocatur.

Jure Germ. tres actiones:

1. rei persecutoria,

2. mere pœnalis,

Emenda est duplex.

3. mixta.

Differentia harum actionum.

in solidum, *L. 11. §. 2. ad L. Aquil.* Nisi submoneas, magis esse, ut actio primi æque ac tertii generis, & postrema quidem indistincte, sive rem persequatur, sive pœnam, adversus singulos in solidum dari, dicatur: propterea, quod in delictis beneficium divisionis exulet; secus ac Carpzovius *Dec. 190.* quem eo nomine notat D. Strykius *Us. Mod. tit. ad L. A.* §. 21. Amplius actio primi generis datur contra hæredem, ut & tertii generis, qua ea rem persequitur, saltem ex aequitate juris Canonici, *arg. c. ult. X. de sepult. c. 5. X. de rapt.* Sed actio secundi, & tertii, generis, qua hæc pœnam persequitur, contra hæredem non datur, *l. 23. §. 8. ad L. Aqu.* ibique Brunnemann. *n. 11. & seqq.* ubi præjudicium commemorat, Schilter. *th. 73. seq.* 4.) Quod dixi, Legis Aquiliæ actionem ob inficiationem in duplum crescere; etiam de actione utili, sive in factum, capiendum esse, *l. pen. C. de L. Aqu.* Brunnemann, *ad l. 13. cod. n. 18.* 5.) Nihil referre, utrum pœna dupli in libello statim in eventum inficiationis, an demum post inficiationem, petita sit, cum aptitudine actioni L. Aqu. insit, modo petatur; nam non petita non decernitur. Quo facit regula: *quoties* ex facto adversarii novi quid emergit; *toties* libellus suppleri, & emendari potest, *l. 4. C. de edend. l. 4. §. pen. de nox. act.* 6.) Nihil, quod ad pœnam dupli, interesse, utro modo damnum probetur: ordinarie, per testes, vel documenta: an, delato jurejurando, si quidem reus deinceps confiteatur, vid. Brunnemann. *ad dict. l. 23. n. 18.* Quod si autem ipsemet actor delatum sibi, vel relatum, jusjurandum præstiterit, non duplum, sed simplum consequetur, *l. 30. pr. de jurejur.* Brunnemann. *ad l. 11. de interrog. in jure fac. n. 80. & ad l. 30. de jurejur. n. 1.* Quo loco observes, velim, cautelam pro actore: ut jusjurandum, sibi delatum, ne præstet, sed suam intentionem ordinario modo probet, daß er sein Gewissen mit Beweiß vertrete. 7.) Eandem dupli pœnam obtinere, sive quis ipsum neget delictum, sive ejus qualitatem; modo ea ipsam delicti substantiam afficiat, ita, ut sine illa qualitate reus ex lege Aquilia plane non teneretur, v. gr. si quis confiteatur quidem, dedisse damnum, sed neget, dedisse dolo, vel culpa, verum lacessitum: is, deinceps mendacii convictus, omnino tenetur ad duplum, Brunnemann. *ad L. 11. de interrog. in jure fac. n. 81.* 8.) Duplum propter inficiationem intelligi non tantum, quanti tempore damni dati, sed quanti retro pluris res fuerit.

Carpzov. notat.

Extensio dupli ad actionem utilem.

Alia ampliationes:

1. rat. petitionis.

Regula.

2. rat. probationis.

3. rat. inficiationis.

4. rat. æstimationis.

XXIIX. Se-

XXIIX.

Sequitur *mora*, quæ est vel *simplex tergiversatio* & *dilatio*; *vel contumacia* & *inobedientia* in judicem. Propter *illam* Actio *ex testamento ad pias caussas* fit in duplum mixta, § *19 & 26. I. de act.* §. *ult. I. de Oblig. quæ quas. ex contract.* Sunt, inter eosque inprimis Rittershusius & Balduinus, qui existimant, hanc actionem jure novissimo, *Nov. 1. c. 1. & Auth. Hoc amplius. C. de fideicommiss.* sublatam esse, ubi constituit Justinianus, ut hæres, si quidem intra annum, admonitus a judice, non solvat legata, qualiacunque sint: toto successionis commodo, excepta legitima, privetur. At enim verius est, eandem actionem hodieque perdurare, cum, quia actio nostra pœnalis & remedium ex *cit. Nov. 1.* diversis competunt personis: altera quidem legatario; alterum autem hæredibus ab intestato; tum, quia leges priores speciales per posteriores generales non abrogantur, *l. 26. de LL.* Brunnemann. *Exerc. ad l. 27. n. 21. & seq.* Superest hic, ut subnotemus: 1.) simplicem moram hoc loco intelligi, non quæ ex re ipsa, atque adeo ex solo tempore tardæ solutionis fit, ut DD. ad unum omnes, si Jasoni fides habenda sit; sed quæ per interpellationem extrajudicialem contrahitur, *l. 46. §. 7. C. de episc. & cler.* Ex qua explicanda sunt verba §. *26. I. de act. si distulerit* &c. *usque quo jussu magistratuum nostrorum conveniatur.* 2.) Hanc dupli pœnam exulare in legatis, relictis reipublicæ, vel fisco, *arg. l. 42. de pœn.* ad curam vero pauperum & redemtionem captivorum recte proferri, *l. 49. C. de episc. & cler.* 3.) Etiam ob inficiationem hanc ipsam actionem fieri mixtam, §. *19. I. de act.* cujus quidem usum forensem speciatim asseruit Mevius *9. Dec. 64. & 65.* Quo loco observandum est, quasdam actiones, natura sua simplares, duplari vel inficiatione, vel mora; quasdam utraque simul: quo pertinet etiam nostra. Quanquam hic pœnitentia, & confessio spontanea, ante susceptum onus probandi hæredem a pœna relevat, *arg. l. 26. § 5. de nox. act.*

2. ob moram. a) simplicem: Actio ex testamento ad pias caussas.

minus sublata.

Quomodo mora hic contrahatur?

Quando dupli pœna cesset?

Etiam ob inficiationem illi pœnæ locus est.

XXIX.

Ob *contumaciam* dolosam & inobedientiam rei, non parentis jussui & arbitrio judicis, mixta fit *Actio quod metus caussa* in quadruplum, §. *25. & 27. I. de act.* Quam quidem Galli pariter ac Belgæ usu servari, negant, sigillatim Mornacius *ad l. 14. quod met. caus.* Groenevvegenius *ad l. 9. §. 6. eod.* VVissenbachius *b. 1. th. 24.* Gudelinus *de Usu ejusdem Jure novissimo lib. 3. c. 12.* Germani, maximam partem, hic silent, ipsemet quoque Schilterus. Contra vero vir magnæ in

b) cum contumacia conjunctam. Act. quod metus caussa. ostenditur.

Iterum laudat. Brunnem. foro Germanico auctoritatis, Brunnemannus, pro usu hujus actionis contendere non veretur, dum ad *l. 9. §. 6. quod met. caus. n. 20.* inquit: *quadruplum abolitum esse de nostra Germaniæ moribus, non concedo. Lex semper viget, licet non semper secundum eam pronuncietur. Certe nec contra eam decisum, puto.* Hucusque Brunnemannus. Cui *itemque Stryck.* assentit D. Strykius *Us. Mod. dict. tit. §. 3.* partim, quia generatim Jus Romanum in Germania receptum; partim, quia hodie major peccandi impunitas maleferiatis non est danda; partim denique, quia negligentia alterius in instituenda hac actione alteri nocere nequit, nisi a *Quæ caussa sit tripli?* negligente caussam habeat. Cæterum hic animadvertendum est: 1.) in hac actione duas intercurrere caussas, *vim & contumaciam:* altera est simpli, altera tripli, caussa. Enimvero facinus, i. e. violentia, caussa tripli dicitur *l. 14. §. 11. quod met. caus.* sed aptitudine, habitu, & actu primo; non similiter actu secundo & exercitio, nisi accesserit contumacia. Caussa tripli proxima est contumacia; remota, aut, si mavis, conditio sine qua non, vis & metus. Ita enim se ipsum explicat Ulpianus *ad l. 14. §. 3.* cum, *non STATIM,* ait, *quadrupli est actio, sed si res non restituatur.* Quod autem idem dicit Ulpianus *§. 1.* restituendo pœnam evitari; accipiendum est non de præsenti, sed futura, quæ demum, accedente contumacia, committitur, *Resol. Lau-* *Interdum locus est jurijurando in litem.* *terbach. h. t. pag. 108.* 2.) Interdum, nempe si res incertæ sit æstimationis, actorem admitti ad *jusjurandum in litem*, antegressa tamen judicis moderatione, sive taxatione, vid. Thomæ *in Tr. de vi compulsiva cap. 8. §. 12.* Exemplum est apud Schneidevvinum *tit. de act. 25.* *Utraque petitio uno libello fieri potest.* *n. 24.* de codice doctoris. 3.) Petitionem pœnæ uno cum caussa principali libello fieri, atque adeo utramque petitionem rei & pœnæ eventualiter conjungi hoc modo posse: *peto, restitui rem, &, si non restituas intra tempus, quod datur judicatis, peto, te condemnari in quadruplum;* quo sequitur sententia: *condemno te ad rem restituendam,* *Decreti Marciani.* *&, si non restitues, condemno te in quadruplum.* 4.) Huc saluberrimum illud juris auxilium ex *Decreto D. Marci* referendum esse, ut, quisquis, spreto judicis officio, via facti, seu propria auctoritate, rem sive suam, sive debitoris, occupat, dominium, creditumve, amittat, *l. 13. quod met. caus. l. 7. C. unde vi.* conf. *l. 4. C. fin. regund.* Cujus quidem juris usus forensis cum prolixe assertus sit *Resol. Lauterb.* *confirmatur variis præjudiciis.* *tit. quod legat. pag. 760. seqq.* hic actum non agemus: præjudicia tamen nonnulla, eaque recentiora, subjicere libet. Namque secundum sententiam Decreti Marciani ad interrogationem Cancellariæ Ohrdruffi-

druffienfis in cauffa concurfus Conrad Möllers pronunciare non dubitavit Scabinatus Jenenfis *M. Nov. 1698.* Quam pronunciationem deinceps, cauffa per appellationem ad Regimen Gothanum devoluta, confirmarunt Scabini Vitembergenfes, *M. April. 1700.* Eundem in modum judicavit Confiftorium Ecclefiafticum Vitembergenfe in cauffa Oehlschläger und Conforten contra D. Wächtlern und Conforten zu Belzig *M. eod. 1700.* Similis de jure refpondendi ratio placuit Judicio Provinciali Lufatiæ inferioris *Term. Martini 1700.* Amplius noviffime *M. Junio 1703.* confulenti Chriftophoro Titio eandem in fententiam refponderunt Scabini Vitembergenfes. Pari modo, cum in cauffa Annen Catharinen Boferin contra Annen Catharinen Leischnerin, a Prætorio Drefdenfi huc transmiffa, rea opponeret exceptionem fpolii, ex eoque privationis juris agendi ex cauffa Decreti Marciani, fuper eodemque fpolio deferret actrici jusjurandum; Ordo Juridicus, qui Vitembergæ eft, non dubitavit interloqui, præftandum effe ab actrice jusjurandum, *M. Martio 1704.*

XXX.

Habuimus actiones poenales mixtas ex accidenti & ex poftfacto. Accedimus ad *mixtas ab initio & natura fua*, quæ itidem funt vel *dupli*, vel *tripli*, vel *quadrupli*. Ultra quadruplum nulla actio extenditur, *§. 21. I. de act.* Quod quidem intellige de quadruplo ejus, quod culpa adverfarii actori abeft: id quod, etfi interdum longe, & vel decuplo, pluris æftimetur, quam erat corpus, in quo, vel per quod, damnum datum eft: fimplum tamen femper eft, ratione inita damni univerfi, quod actor fenfit, atque adeo nihil aliud, quam totum intereffe damni emergentis & lucri ceffantis. Exempla extant in *l. 13. pr. de act. emt.* de tigno vitiofo & pecore morbofo, *l. 3. §. ult. de incend. ruin.* de navis clavo ablato, ut naufragium fieret, *l. 23. pr. ad L. A.* de hærede, ante aditam hæreditatem occifo.

2. ab initio.

Simpli extenfio.

Exempla.

XXXI.

Inter actiones, natura fua mixtas, easque *in duplum* competentes, prima eft *Actio de fervo corrupto*, *§. 23. I. de act.* Eaque duplex: *directa* alia; alia *utilis*, quæ competit patri contra corruptores liberorum, *l. 14. §. 1. de ferv. corrupt.* immo generatim cuivis, cujus intereft, aliquem non effe corruptum vel feductum, v. c. marito ob uxorem; domino ob famulos, ancillas, homines proprios, aliosque, qui in familia funt, corruptos; ut & principi, duci militiæ, magiftratui, ob miniftros, milites, fubditos, corruptos, vid. Brunnemanni *Differt.*

a) in duplum. *1.) Actio de fervo corrupto.*

de delicto servi, alteriusve hominis corrupti. Quanquam vero hodie inter Christianos servitus in usu esse desiit, atque adeo actioni directæ, nisi quod ad Turcas, aliosque barbaros populos, locus non est: tamen utilis actio omnino libere institui potest. Non possum, quin judicium D. Strykii de hoc argumento hic collaudem. Hic enim *Us. Mod. tit. de serv. corrupt.* §. *1.* pro usu ejusdem tituli magnopere propugnat; immo pro malitia seculi, nullum in foro titulum majori gaudere debere auctoritate, quam illum, contendit, & solide comprobat, speciatimque §. *4.* in actione utili, ratione damni, per corruptionem vere dati, inita, duplum admittit. Quam in sententiam censuit Collegium Facultatis Francofurtensis *de 10. Maji 1678.* ut Brunnemannus refert, *prædict. Differt, c. 2.* §. *5.* Quo fortasse, interjecto anni errore, respexit Lynckerus, dum in *Analect. ad Struv. Exerc. 46. th. 70.* refert, in casu servi corrupti Francofurtenses JCtos *M. Majo 1670.* pœnam dupli dictitasse. Subjicit idem generatim pro usu actionum in duplum &c. *ita, qui jus illud multiplicatæ actionis abrogatum esse, dicit, speciatim id probare debet.* Similiter, quod ad usum actionis utilis de servo corrupto, *M. Julio 1695.* in fortioribus terminis Ordo Vitembergensis, ab Augusto Töpfero consultus, de jure respondit versus Dresenam, patri adversus eum, qui filium ad furtum alii faciendum induxerat, dari actionem de servo corrupto utilem ad duplum ejus, quod pater illi, cui damnum erat furto illatum, restituit. Quamvis enim ipsi patri res furto ablata non sit, nec pater ullo modo teneatur ad damnum, quo alter a filio affectus erat, sarciendum: tamen interest patris, filium restitutione rei furtivæ liberari a pœna ordinaria, ne per filium macula atque ignominia patri, totique familiæ & genti, aspergatur. Ere est, ipsamet Responsi verba huc recitari: Ob wohl, nach unterschiedener Rechts-lehrer Meynung, Actiones pœnales ad duplum & quadruplum heute zu Tage nicht mehr in üblichem Gebrauch seyn, sondern an deren Stelle andere extraordinar-Straffen statt finden; Dieweil aber dennoch pro observantia juris Civilis die Præsumtion so lange streitet, biß ein anders klärlich dargethan, und daß, ungeachtet das klagende Theil auff das duplum aut quadruplum deutlich libelliret, und es in denen Actis urgiret, dennoch bewährte Rechts-Collegia solches nicht attendiret, erwiesen werde, hiernechst actio utilis de servo corrupto denen Vätern, deren Kindere verführet und zum Bösen verleitet worden, *in l. 14.* §. *1. de serv. corrupt.* verstattet wird, Krafft welcher sie nicht allein die Corruptores ad id, quod inter-

Utilis inprimis est in usu. Laudatur Strykius.

Præjudicia 1. Francof.

2. Vitemb.

interest, liberos non esse corruptos, officio judicis æstimandum, belangen, sondern noch über dieses ad duplum ejus, quod liberi patribus, aut aliis, abstulerunt, klagen können, massen dann in *cit. l. 14. §. 6.* ausdrücklich versehen, si servo meo persvaseris, (idem dicendum est in actione utili de filio,) ut Titio furtum faciat, non solum in id teneris, quo deterior servus effectus est, sed & in id, quod Titio præstaturus sum. So ist des Caji Vater, wann er die angegebene Corruption zu erweisen sich getrauet, wider diejenigen, so seinen Sohn zum Diebstahl verleitet, so wol actione utili de servo corrupto, ad interesse, judicis officio æstimandum, propter animum filii corruptum, nec non ad duplum damni, per furtum dati, zu belangen, wohl berechtiget. Sed actio tamen furti, quæ alioqui cum actione de servo corrupto concurrit, *l. 11. §. 2. l. 16. de serv. corrupt.* hic cessat, quia non competit nisi ei, cui surrepta res est. Cæterum, eadem dupli poena ne quidem contenti, Visigothi septuplum constituerunt, *lib. 7. tit. 2. c. 6. 1. Visigothorum.* vid. Schilter. *Exerc. 21. th. 15.* Huc pertinet singulare jus, a Civitatibus Hanseaticis *Ordinatione Nautica d. 23. Maji 1614. tit. 4. art. 2.* constitutum, ne quis nautas alterius blanditiis, vel augendo salaria, sub poena, 10. Imperialium abstrahat, atque ut seductus nauta dimidium mercedis magistro exsolvat.

Actio furti cessat.

Jus Visigothorum.

2. Civitat. Hanseat.

XXXII.

Iis, quæ dicta sunt *thesi*, proxime *antecedenti*, subjungendum est: 1.) Edictum Prætorium, de servo corrupto, secundo Legis Aquiliæ capiti successisse videri. 2.) *Corruptionem* hoc loco intelligi, quod ad animum, eamque fieri persuadendo, aut laudando, *l. 1. §. 4. de serv. corrupt.* Contra vero, si servus ratione corporis deterior factus sit, non hæc, sed L. A. actio locum habet, *arg. pr. l. de L. A.* Plus est persuadere, quam compellere, *l. 1. §. 3. eod.* alter animum corrumpit; alter corpus, salvo animo, polluit: alter leonem agit; alter vero vulpem perniciosam. 3.) *Conatum* etiam corrumpendi pro effectu, atque adeo ipso corruptionis facto, haberi, qua scilicet effectum habuit opinione perniciosi suasoris. Sufficit, suaderi; non est necesse, ut persuadeatur, *§. 8. l. de furt. l. 20. C. eod.* Itaque hoc casu dominus, instituta actione furti, & de servo corrupto, tantum consequetur, quantum scilicet deberetur, si revera servus corruptus fuisset: idemque ad liberos, uxorem, & famulos, &c. extendendum, atque in praxi servandum esse, docet Brunnemannus, *ad dict. L. 20. n. 4. & 5.* 4.) *Differentiam actionis de servo corrupto directæ & utilis* in eo esse, quod in altera

Quæ corruptio intelligatur?

Conatus etiam corrumpendi hic spectatur.

Æstimatio.

Differentia actionis directæ & utilis.

altera omne damnum, quod ex corruptione provenit, dupletur, *l. 9. §. 2. l. 10. de ferv. corrupt.* atque adeo *a*) pretium, quanto minoris fervus ob id, quod corruptus fit, exiftat, *b*) res ipfa, furto ablata; tametfi ad eum, qui fervum corrupit, perlata non fuerit, *c*) intereffe pecuniarium, five damnum, patrimonio mediate faltem datum, puta refpectu operarum fervi, quibus carendum fit, aut eorum fumtuum ratione, quibus mali mores iterum dedifcendi, &c. pro officio judicis æftimandum, *l. 14. §. 1. eod.* Contra vero in actione utili folum duplatur id, quod ablatum forte aut deperditum, non reliqua, *dict. l. 14. §. 1.*

Defenditur Paulus. Quamobrem omnino defendi poteft Paulus, cum *dict. leg.* actionem utilem conftituit. Neque enim refpexit ad intereffe pecuniarium circa perfonas liberorum corruptorum, quod vix effe poteft, ob libertatem inæftimabilem; fed ad confecutionem damni, inde venientis, modo æftimationem certam recipiat.

Varietas fententiarum circa formulam actionis utilis. 5.) In proponenda *actionis de fervo corrupto utilis formula* Interpretes variare. Cujacius putat *lib. 17. Obf. 11.* eam in factum, i. e. verbis obfcuris, temperatis, molloribus concipiendam effe, ut non fiat mentio corruptionis & opprobrii, quod fuæ contigit domui: e contrario autem Oldendorpius *Claff. 7. Act. 2.* verbis fatis apertis practicam illius actionis exhibere non veretur.

Confilium, ut denuncietur. 6.) Suadendum effe ei, cujus intereft, ut potius denuntiet judici crimen corruptionis, & proceffum inquifitorium ex officio inftitui, petat, eique deinceps pro fuo intereffe adhæreat. Qua ratione læfus onere probationis ac fumtuum levabitur, & corruptor eo feverius punietur, Schilter. *Exerc. 21. th. 17.* Idque aliis etiam cafibus procedit,

Dubium. v. c. in capite furti. Neque eft, quod exiftimes, in foro Saxonico actionem pœnalem ceffare, quoties furti, aliusve delicti reo, corporalis

removetur. pœna eft dictitata. Quid enim, fi reus, quod fæpenumero fit, pœnam corporis, fibi dictitatam, redimat? Nullus dubito, quin tum actione non pœnali minus, quam rei perfecutoria, conveniri poffit. Regula Juris Saxonici, quæ reum pœnæ corporalis ab omni folutione immunem præftat, capienda eft cum effectu executionis. Cæteroqui contra eum, qui nihil in bonis habet, atque adeo, egeftate preffus, pœnæ redemtionem facere nequit, omnis actio inanis eft.

XXXIII.

2.) Actio de dejecto vel effufo. Actionum, natura fua mixtarum, *in duplum*, altera fpecies eft *Actio de dejecto, vel effufo*, de cujus ufu DD. itidem inter fe difceptant, Batavi, inprimis Deffelius, Regnerus, Grœnewegenius, quin ipfimet Germani, præfertim Feltmannus, Struvius *Exerc. 14. th. ult.* ftatuunt, hodie

hodie eo nomine in simplum agi, salva cæteroqui pœna culpæ admissæ arbitraria. Verum de eo dubitat Brunnemannus ad *Leg. 1. pr. de his, qui effud. n. 5.* optima ratione, quod non-usu non tollantur leges: neque enim hic ea, quæ sæpe distinximus, confundenda sunt, nempe: quid in foro fieri soleat, quidve fieri possit. Quod soceri judicium non obscure probat D. Strykius *Us. Mod. ω. §. 2.* illis præsertim in locis, quibus generatim receptum est Jus Romanum, ut in Electoratu Brandenburgico & Ducatu Brunsvicensi. Equidem non abnuerim, in foro nostro ad simplicem æstimationem & agi, & pronunciari, solere: sed nusquam extat prohibitio, per quam quis hoc actionis genere excludatur, Schilter. *Exerc. 19. th. 80.* Unde & Oldendorpius *Class. 6. Act. 20.* non solum, sed & D. Svendendörfferus *de act. cap. 3. membr. 42. Sect. 1. & 2.* formulas actionum de dejecto & effuso, easque in duplum conceptas, exhibuerunt. Enimvero Noricus *in Addit. ad Vinn. § 1. I. de oblig. quæ quas. ex delict.* Jure Saxonico *eundem §.* quasi mutatum esse, ait, per Landr. *Lib. 3. art. 45. & 51.* Atquin autem textus illi Juris Saxonici saltem pertinent ad actionem L. A. non speciatim ad nostram actionem de dejecto vel effuso; quam ab actione L. A. distinxit auxitque Prætor, favore securitatis viarum & itinerum, ita, ut ea quasi auctarium, & quædam quasi extensio Legis Aquiliæ videri possit. Quare verius est, in foro etiam Saxonico nihil impedimento esse, quo minus secundum Jus Civile pronunciari queat. Age vero, delibemus nonnulla capita, quæ lucem huic actioni afferre videntur. 1.) Notandum, actionem competere contra inhabitatorem, *l. 1. §, 4. de his, qui effud.* eumque, sive sit ædium dominus, sive conductor, *dict. l. 1. §. 9.* At contra locatorem non datur, *dict. l. 1. §. 4.* nec contra hospitem, qui tantisper hospitatur, *dict. l. 1. §. 9.* immo nec contra conductorem cubiculi, musei, v. g. studiosum, utpote qui non tam inhabitat, quam peregrinatur studiorum caussa. Leges, ut actioni nostræ locus sit, requirunt cœnaculum: aliud est cubiculum, aliud cœnaculum, utpote quod continet cubicula, exedras, atque adeo plenum inhabitantibus usum præbet, *l. 5. pr. & §. 2. dict. tit.* Dissentit Hahnius *ad Wesenb. h. t. n. 4.* Cæterum inhabitans non tenetur solum, cum ipse, sed & cum domestici dejiciunt, vel effundunt, *l. 6. §. 2. dict. tit.* salvo tamen eidem regressu adversus eum, qui dejecerit, vel effuderit (per actionem vel in factum, vel locati) *dict. leg. 5. §. 4.* Ex quo consequitur, caussam hujus actionis esse quasi delictum, culpa inhabitatoris propria commissum. Quanquam in modo exercitii

ab opinione desuetudinis vindicata.

Contra quem competat?

Duplum quomodo æstimatur? Ad quid agatur ob damnum, in re inæstimabili datum?

Actionis de posito vel suspenso, usus asseritur.

citii discrimen est: culpa namque ista exercetur modo immediate, modo mediate, facto nempe domesticorum: quæ posterior Species nonnullis dicitur culpa imputativa. 2.) *Duplum* hic æstimari ex die damni dati. *l. 1. pr. h. t.* 3.) Si in re inæstimabili, puta libero homine, damnum per dejectionem, vel effusionem, datum sit: tum modo agi ad pœnam quinquaginta aureorum, *l. 1. §. 5. d. t.* eamque actori applicandam, *arg. l. 12. de V. S.* si occisus sit; modo ad id, quod judici æquum videtur, æstimatis impensis atque operis, quibus interim caruit, aut in posterum cariturus est læsus, *l. ult. d. t.* junct. *l. 68. ad L. F.* moribus Saxonicis recepta est Werigeldi pœna. 4.) Huc pertinere *Actionem de posito* vel *suspenso* ob metum damni, puta, cum ita quid positum est, ut nocere possit, *l. 5. §. 11. d. t.* ad pœnam 10. aureorum, *l. 5. §. 6. & 7. eod.* actori applicandam. Hodie vix ob damnum, quod metuitur, actio instituitur; sed magistratus imploratur, ut jubeat sub mulcta, rem, cujus caussa damnum metuitur, auferri, Simon van Leewen *Censur. Forens. lib. 5. c. 30. §. 1.* Quæ tamen fori consuetudo non obstat, quo minus hoc etiam Juris auxilio, tuendæ utilitatis publicæ caussa introducto, liceat experiri. Sane in Gallia Lege Regia pœna 10. Francicorum constituta est in eos, qui pannum suspensum e fenestris in urbe Parisiorum habent; ut auctor est Franciscus sur le fait de la police de Paris, confer Thuan. *lib. 16. Histor.* Similiter apud Judæos cautum divina lege erat, ut quis faceret loricam ad tectum domus suæ, *Deuteron. XXII. 8.* Unde hodieque pœnam, arbitrariam tamen, in hoc genere dictitari posse, cum Regnero *Censur. Belg. ad dict. l. 5. §. 6.* concedit D. Strykius *Us. Mod. dict. tit. §. ult.* Plane remotione positi ante institutam actionem hæc actio expirat.



XXXIV.

3) Actio arborum, furtim cæsarum ab usu fori hodierno non aliena.

Tertia species est *Actio arborum, furtim cæsarum*, in duplum, mixta, *l. 1. l. 7. §. 6. & 7. l. 8. pr. l. 9. arb. furt. cæs.* Quanquam vero in foro Teutonico variæ hic leges extant, quas studiose collegit Schilterus *Exerc. 49. th. 17. 18. 19. 20. 21.* tamen dubitandum non est, quin hæc etiam actio Juris Civilis in duplum in foro nostro institui possit, Jure Justinianeo semel admisso, ut recte judicat Schilterus *dict. th. 21.* Pari modo censuit Brunnemannus *ad dict. l. 7. n. 3.* contra eos quoque, qui, nocendi animo, vites, plantas, frutices, arbusculas, evellunt, hodieque in duplum agi posse. Quamvis enim *dict. l. 7.* si quis radicitus arbores evellerit, vel extirpaverit, hac actione teneri, negetur: tamen illud de directa, non utili, capiendum esse, idem submonuit.

Sane

Sane *Sanctio Carolina art. 168.* de pœna solum publica loquitur, eamque secundum locorum consuetudinem definiendam esse, ait. Ubi notandum est: 1.) actionem hanc competere solum ob arbores, *furtim*, i. e. clanculum; Corolina habet: heyliger und verbothener Weise, cæsas, incisas, succisas, non ob furtum ablatas. Ex quo consequitur, eandem actionem speciem esse actionis furti non univocam, sed analogam; quum hic animus saltem nocendi, non lucri faciendi, spectetur. 2.) De damno, quod cæsione arborum fit, persequendo, *tria* jure Romano prodita esse *remedia: a)* ex *L. XII. Tabb.* ad 25. asses, i.e. 7. grossos Misnicos cum dimidio, *b)* ex *capite tertio L. A.* damno, mense retrorsum computato, *c) actionem nostram pratoriam arborum, furtim cæsarum*, in duplum, Schilter. *th. 16.* 3.) æstimationem simpli, quæ duplo continetur, complecti non damnum datum duntaxat, sed & lucrum interceptum: v. c. si sylvæ cæduæ virgulta, die Jungen-Schläge, læsa sint; non virgultorum pretium spectandum est, sed arborum, inde sperartum, atque adeo tempus, non præcise præsens, sed messis, Schilter. *dict. th. 16.*

Explanatur vox: furtim.

Remedia Juris Rom. 1. 2. 3.

Æstimatio.

XXXV.

Quarto se loco sistit *Actio ex Edicto de publicanis*, ob illicitam exactionem, mixta, in duplum, *l. 1. pr. l. 5. §. 1. de publican.* Cujus quidem actionis usum in foro Germanico solide defendit Schilterus *Exerc. 42. th. 46.* inde inprimis, quod domestico jure actio quadrupli in commissis locum habeat, *Auth. Item nulla. C. de Episc.* Land-R. *lib. 2. art. 27.* ibi: vierfältig gelten. Argumentum hic ducitur ab uno relatorum ad alterum, h. e. vectore ad publicanum: actio contra vectorem in quadruplum in foro Germanico recepta est, cum generatim propter *cit. Auth.* quæ dimanat ex *Constitutione Friderici II.* Imperatoris, de libertate Ecclesiastica initio imperii condita, tum speciatim in Saxonia ob adductum textum; ergo etiam actioni in duplum contra publicanos in eodem foro Germanico locus erit. Praeterea generatim Schilterus *ibid.* adversus Batavos usum actionum pœnalium vindicat, atque ad contextum Juris Canonici in *can. 12. qu. 2. c. 11.* in quo illi innituntur, auctore ipsomet Gratiano, respondet, illud Gregorii de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligi, non de jure. Ubi notabis: 1.) hanc actionem duo habere singularia capita; alterum ex parte *actoris*, quod is exactionem duntaxat, aut ablationem rei & damni dationem probare debeat, non ejus qualitatem, puta vim, dolum, culpam, qua parte hæc actio melior est actione furti, vi bonorum

4.) Actio ex Edicto de publicanis, ab usu pariter commendata.

Argum. a relatis.

Duo singularia.

 rapto-

raptorum, & Legis Aquiliæ; alterum ex parte *rei*, utpote qui, rem restituendo, etiam post litem contestatam, ante sententiam condemnatoriam tamen, evitat condemnationem dupli, *l. 1. §. 4. l. 5. pr. de publican.* Schilter. *th. 43.* 2.) si illicitæ publicanorum exactioni accedat vis, actionem nostram crescere in quadruplum, *l. 9. §. 5. dict. tit.* Ex quo contextu alioquin eximie probatur concursus actionis civilis cum criminali, ibi: *alterum enim utilitas privatorum; alterum vigor publicæ disciplinæ postulat.* vid. Brunnemann. *ad dict. l. 9. §. 5. n. 8.* ubi ex Heigio *p. 2. qv. 23.* pro usu & cumulatione actionum privatarum cum criminalibus erudite contra Carpzovium disputat, eamque opinionem DD. communem laudat. Cæterum memorabile est, Carpzovium in omnibus suis operibus, quod ad usum actionum pœnalium in foro Germanico, nullum reliquisse vestigium dijudicandi, utri sententiæ ipsemet fuerit addictus.

Quando hæc actio crescat in quadruplum?

XXXVI.

5.) Actio de tigno juncto.

Quinto huc quoque vulgo refertur *Actio de tigno juncto*, in duplum, *§. 29. I. de act.* quam exolevisse, Grœnewegenius scribit *ad dict. §. 29.* cui assentitur, post alios, Wissenbachius *p. 2. D. 29. th. 20.* Neque in Borussia Electorali usus hujus actionis esse videtur, *Jure Prov. Boruss. lib. 3. tit. 1. art. 7. §. 1.* Sed hæc, atque alia hujus generis, eo nos non adducunt, ut generatim in foro Germanico illam actionem exulare, existimemus. Sane pro facultate utendi hac actione inprimis propugnant Schilterus *Exerc. 49. th. 13.* & *ad §. 29. I. de act.* atque Hoppius *ibid.* Satius fuerit, hanc actionem, *Leg. XII. Tabb.* publici caussa introductam, admitti, atque actorem onere probandi ejus, quod interest, levari, quam ejusdem injunctione lites proferri. Unde & Lauterbachius *tit. de tign. junct. in fin.* caute loquitur, cum ait: *hodie in quibusdam locis sola vera æstimatio petitur.* Itaque secus erit regulariter. Quo, opinor, collineat Lynkerus, cum in *Analect. ad Struv. Exerc. 48. th. 31.* Grœnevvegenium, ait, sæpe nobis usum contrarium localem sub facie abrogationis universalis obtrudere. Pergit idem: *difficile est creditu, quod hæc actio cumprimis in malæ fidei possessore cesset, nisi istud præjudiciis idoneis ostendatur.* Nota: 1.) secundum sententiam communem, *actionem de tigno juncto* esse modo *pœnalem puram*, modo *mixtam*. *Pure pœnalis* est contra eum, qui mala fide junxerit; unde & adversus illum, præter actionem de tigno juncto, institui potest rei vindicatio, & actio ad exhibendum, *l. 1. §. ult. l. 2. de tign. junct.* sed *mixta* dicitur contra bona fide jungentem, *l. 23.*

Cujus etiam usus defenditur.

Actio hæc modo pura, modo mixta, esse, statuitur.

l. 23. §. 6. de rei vindic. Compara *Resol. Lauterbach. tit. de A. R. D. pag. 703. seqq.* 2.) ædes ad destruendum vendi non posse. Namque emtio irrita est, & pretium repetitur, & duplum ærario infertur, *l. 52. de contrab. emt.* Quod moribus etiam hodiernis obtinet. Neque enim leges propterea sunt abolitæ, quod rarior casus contingat, Brunnemann. *ad dict. leg.* ubi adjicit, ne jusjurandum quidem, a venditore præstitum, magistratui præjudicare. 3.) accessionis loco ad classem actionum, mixtarum, in duplum: in dubio omnes actiones poenales esse mixtas.

Si ædes ad destruendum venduntur, duplum ærario infertur, hodieque.

Regula.

XXXVII.

Sed & aliæ sunt Actiones, quæ citra controversiam poenalibus, iisdemque sua natura mixtis, in duplum accensentur:

Aliæ ejusmodi actionum exempla, eaque a foro nostro minus remota:

I. *Actio de rationibus*, scilicet confusis, conturbatis, *distrahendis*, i. e. in ordinem redigendis, ut Lynkerus interpretatur *Analect. ad Struv. Exerc. 31. th. 67.* Hæc, inquam, actio pupillo datur contra tutorem, qui ex bonis pupilli abstulit, atque in rationes non retulit, ad duplum veri pretii rei, quam tutor intercepit, *l. 2. §. ult. de tut. & rat. distrab.* non ejus, quod interest, *l. 1. §. 20. eod.* quod continet etiam rei æstimationem, *l. 2. §. 2. eod.* Cujus quidem actionis usus in foro nostro eo minus in dubium vocari potest: quo magis ex superioribus liquet, actionem mere poenalem furti ita esse extra fori usum collocatam, ut nemo eadem uti prohibeatur. Ut cæteros taceam, produco in medium D. Strykium, qui *in Not. ad Lauterbach. Compend. d. t.* dum ait: *postquam hodie singulis annis ratio reddenda est, non dubito, hac actione mox*, i. e. antequam tutela finiatur, immo ipso admissi a tutore delicti tempore, *agi posse, si quidem ex rationibus redditis appareat, aliquid substractum esse;* satis lucide præstruit, actionem de rationibus distrahendis in foro hodierno institui posse: dum enim docet, in tantum mores hodiernos differre a Jure Romano, in quantum illa actio, quæ apud Romanos, finita demum tutela, locum habebat, hodie mox moveri possit; nemo ambigit, quin idem asserat, & loco certi principii supponat, ei citra difficultatem in foro nostro locum dari.

1. Actio de rationibus distrahendis.

Auctoritas Strykii.

II. *Actio in factum*, quæ creditoribus, legatariis & fideicommissariis competit *contra hæredem, qui* res quasdam hæreditarias in inventario *dolo*, gefährlicher Weise, *omisit*, easque *occultavit*, in duplum, *l. ult. §. 10. C. de jure delib.* Enimvero Richterus *Dec. 59. n. 17.* scribit, ejusmodi hæredem duplum non præstare, sed ultra restitutionem arbitrarie puniri. Sed præjudicia, quæ ibidem subjicit, illud minus probant.

2. Actio in factum contra hæredem, qui occultavit.

Richtero, & præjudiciis, ab eo adductis,

occurritur. bant. Nam quod ad Responsum Facultatis Lipsiensis, eo agitur de casu, quo hæres dolo vacat, ut ex verbis liquet: dennoch aber und dieweil solches allein so weit statt hat, da auff den Mangel in Rechten eine gewisse Straffe gesetzt, veluti in casu occultationis, sive dolosæ omissionis; und hat auch dißfalls, puto ob defectum ejusmodi doli, die restitutio dupli nicht statt. Quanquam, si fatendum, quod res est, verba illius responsi bene non cohærent. Similiter Scabini Lipsienses, apud Richterum *dict. loc.* dum auctore Carpzovio *Pract. crim. quæst. 83. n. 84.* responderunt, eodem, quem prædixi, casu occultationis hæredem ad restituendum teneri, & præterea relegandum esse: protinus dupli petitionem non excludunt. Duplum non decernitur, nisi petatur. Cujus alioquin usum satis, atque imprimis ex ipsis rerum argumentis comprobavit Brunnemannus ad *L. 9. de jur. delib. n. 4. & 2. Dec. 20.* Ejusdem actionis quoque mentionem injecit Philippi *Us. Pract. Inst. lib. 4. Eclog. 74. n. 3.* Compara Hondedæum *Consult. 34. n. 37. seqq. & Consult. 13. n. 31.* Plane *Jure Wurtembergico* hæres, re non levis momenti, so nicht gar geringschätzig, dolo celata, & universa præstare legata, & omne æs alienum solvere, jubetur, Land-R. *p. 3. tit. 22. §.* und da ein Erb.

3. Actio ex Edicto L. 1. pr. si is, qui testam. lib. III. *Actio ex Edicto Prætoris* l. 1. pr. *si is, qui testam. liber esse jussus erit, post mortem domini ante aditam hæred. surripuisse aut corrupisse quid dicetur*, in duplum, ejus scilicet, quod interest, *l. 1. §. 16. eod.* Hanc actionem a foro exulare, statuunt Hahnius *ad Wesenbec. t. t. n. 2.* itemque Schilterus *Exerc. 49. th. 14.* hac ratione, quod servos non habeamus. At enim, quamvis hoc inter Christianos facile largiamur: tamen nihil obstat, quo minus illa actione, quod ad mancipia Turcica, jure retortionis, uti queamus. Unde etiam Hahnius *dict. loc.* sententiam suam temperat, dum, Edictum illud vix locum habere, ait.

4. Actio in factum ex Edicto contra nautas &c. IV. *Actio in factum ex Edicto contra nautas, caupones, stabularios*, ob furtum damnumve, ab iis, quorum opera illi utuntur, factum, aut datum, in duplum, quod modo est mera pœna, *l. un. §. 2. furt. adv. naut. caup. stabul.* jun. *rubr. furti &c. l. 6. §. 4. naut. caup. stab.* modo rem continet, *l. ult. §. 1. d. t. naut. caup. stab.* vid. Lyncker. *Analect. ad Struv. Exerc. 48. th. 34.* Quanquam vero DD. exteri præsertim, speciatim Vinnius, Groenewegenius, Gudelinus, Regnerus, Fibigius, Schulzius, Huberus quoque, uno fere ore testantur, eam actionem moribus in mere rei persecutoriam commutatam esse: tamen recte monet Lynckerus *dict. Exerc. 48. th. 36.* distinguendum esse inter non-usum

uſum & uſum infrequentem, juris item abrogationem totalem & particularem. Eandem docendi viam iniit Tabor *Racemat. 7. th. 32.* ut merito Herm. Stammius *de servit. perſon. lib. 2. c. 14. n. 19.* tractationem hujus materiæ utilem ac quotidianam laudet. Quod ad Lauterbachium, is pro more ſubdubitat: ait enim *tit. naut. caup. ſtab. multi putant, hoc hodie non obſervari, & hanc actionem eſſe rei perſecutoriam: ſed hoc tamen*, ſubjicit, *dubium eſt*, excitato Tabore, quem paulo ante laudavi; immo in *Colleg. ad eund. tit.* addit: *non ſine ratione hoc ab ipſomet Tabore in dubium vocari*; deinde *tit. furt. adverſ. naut.* inquit: *hac actio vix eſt in uſu.* Ad quem locum recte commentatus eſt D. Strykius: *ex falſa ſuppoſitione, quia DD. hodie pœnas dupli ceſſare, putant.* Unum inprimis reſtat hic dicendum, ſatius eſſe, ut actio de recepto inſtituatur, quam illa in duplum, ob onus probandi furti in certa perſona, quod actori in noſtra actione ſubeundum eſt, *l. pen. §. 4. naut. caup.*

Lauterbachius dubius.

Monitum.

XXXIIX.

Ordo ducit ad *Actiones*, natura ſua mixtas, *in triplum*. Quo quidem loco una fere ſolum ſe exhibet, ſcilicet *Condictio ex Lege* adverſus eos, qui majorem ſummam, ut ſportularum damno afficerent adverſarium, libello comprehenderunt, §. 24. *I. de act. Sportulæ* enim pro modo quantitatis petitæ a reo exigebantur. Itaque triplatur, quod ſupra conſtitutum ſportularum modum hac ratione exactum eſt, ita tamen, ut triplo etiam idem illud contineatur. Sed hodie, cum non amplius ſportulæ, die Gerichts-Koſten, die Gerichts-Gebühren, ex quantitate, libello expreſſa, æſtimentur, ſed vel ex numero milliarium, *Ord. Cam. p. 1. c. 47. §.* So ſollen einem jeden, vel ſecundum taxam judiciorum; fatendum eſt, deficere terminos habiles, ut illa actio amplius inſtitui poſſit. Ubi monendum eſt, huc etiam a nonnullis referri actionem ex *l. ult. C. de his, qui a non dom. &c.* contra eum, qui mancipium alienum coram principe manumiſerit, ad præſtandum hoc ipſum, atque alia duo mancipia. Quæ quidem actio quo minus hodieque in caſu veræ ſervitutis locum ſibi vindicet, nihil video, quod prohibeat. Caſus, raro contingens, non impedit juris applicandi poteſtatem.

b) *in triplum. Condictio ex Lege, ſportularum nomine.*

uſu fori non recepta.

Actio vero ex L. ult. C. de his, qui a non dom. eidem non contraria.

XXXIX.

Reſtant *Actiones*, ſua natura mixtæ, *in quadruplum*. Ad quarum claſſem pertinet I. *Actio vi bonorum raptorum*, quam, quod ad pœnam tripli, in uſu eſſe, negant Struvius *Exerc. 48. th. 50.* Wiſſenbachius

c) *in quadruplum.*

1.) *Actio vi bonorum raptorum.*

In foro hodierno nititis.

bachius *p. 2. D. 30. th. 3.* aliique. At ego, illam actionem integre perfecteque in foro hodierno institui posse, eo minus dubito; quo verius est, actione furti hodieque experiri licere, salvo tamen jure reipublicæ, & pœnæ, eidem debitæ; immo interdum pro temporum, personarum, judiciorumque, circumstantiis consultius faciliusque est, contra raptorem civiliter potius, quam criminaliter, agi. Schilter. *Exerc. 49. th. 23.* Unde & D. Svendendörfferus *de act. c. 3. membr. 26.* libellum actionis vi bonorum raptorum in quadruplum formare non dubitavit, ut frustra sibimetipsi diffidat Lauterbachius *in Compend. h. t.* cum, hanc actionem ubique fere expirasse, scribit. Neque obsistit *Ordinatio Carolina art. 126.* qua plerique in contrarium commoventur, Respondetur enim, eam loqui de pœna publica, quæ non excludit privatam; quum etiam Jure Romano grassatores criminaliter coërceantur, *l. 28. §. 10. de pœn.* Lyncker. *Analect. ad Struv. dict. loc.* Nota hic: 1.) Judæo contra Christianum actionem vi bonorum raptorum competere, saltem in duplum, *l. 6. C. de pagan.* 2.) Huc pertinere *a) Actionem ex furto*, aut *rapina*, occasione incendii, ruinæ, naufragii, navis aut ratis expugnatæ, facta, in quadruplum, *t. t. ꝟ. de incend. ruin.* qua experiri nemo prohibetur, & judici crimen publicum, ejusque nomine pœnam, relinquere: aliud est actionem ad pœnam frequentari; aliud non admitti in foro. Sed & *Lege Friderici I.* Imperatoris, *lib. 1. tit. 27.* itemque *Legibus Visigothorum lib. 7. tit. 2. c. 18.* restitutio in quadruplum recepta fuit, Schilter. *Exerc. 49. th. 24.* Similem regni *Siciliæ constitutionem* laudat ipsemet Groenewegenius in *l. 5. C. de naufrag.* *b) Actionem in duplum ob damnum, in turba* (quæ est decem hominum; cum e contrario rixa fit duorum, *l. 4. §. 3. de vi bonor. rapt.* hinc probatio dicitur per turbam, i. e. decem personas) *datum, d. l. 4. pr. & §§. seqq.* quam quidem in foro institui posse, multo minus dubitandum esse, existimat Schilterus *th. 23.*

Resp. Judæi adv. Christianum est dupli.
Usus asseritur.
1. actionis ex rapina, occasione incendii &c. facta.
2. actionis ob damnum, in turba datum.

XL.

2.) Actio de calumnia,
usu quoque recepta.

II. Huc referenda est *Actio de calumnia*, §. *25. I. de calumn.* Quanquam vero DD. vulgo statuunt, hanc actionem moribus hodiernis in desvetudinem abiisse, Grœnewegen. *ad tit. ꝟ. de calumn.* Struv. *Exerc. 7. th. ult. in fin.* verius tamen omnino est, nihil obesse, quo minus ea hodieque institui possit, maxime, cum ad conservandam judiciorum integritatem faciat. Bene Brunnemannus *ad leg. ult. in fin. hic*, ait: *sane raro ex hoc Edicto agitur, si tamen agatur, non posset denegari actio;* quem sequuntur Schilterus *Exerc. 10. th. 74.* D. Strykius *Us. Mod. dict.*

dict. tit. §. 2. Lynckerus *Analect. ad Struv. dict. loc.* ubi id, quod Struvius dixerat: hanc actionem non esse in usu; frustra asseri, monet, & probat. Unde etiam totius actionis de calumnia naturam pariter ac practicam explanat Oldendorpius *Class. 1. act. 10.* Neque obstat *cap. 9. X. de pœn.* in quo Duarenus ad *h. t.* dissentiens, inprimis innititur: quum *ibidem* non regula constituatur de pœna, eaque sive legibus Romanis, sive conventione, introducta, non solvenda; sed saltem ea in casu, ibi proposito, ex æquitate solvenda esse, negetur. Tantum itaque abest, ut inde argumentum peti possit ad crimen calumniæ, idque omni jure quam maxime odiosum. Nec porro quicquam moror, quod idem Duarenus, secus in Francia obtinere, testetur; quandoquidem idem illud dubio non vacat, ut videre est apud Schilterum *dicto loco.* Plane *Jure Würtembergico* pœna nulla parti adjudicatur, sed solum id, quod interest: præterea tamen calumniatores dupli pœna, & carceris, & pecuniaria, fisco applicanda, afficiuntur, *p. 1. tit. 9.* Ad hæc, singulari lege constituta, exceptio ceteroqui regulam confirmat. Quid multa? Fridericum, Imperatorem, qui jus Romanum in Germaniam induxit, pœnam calumniæ, antiquis sanctionibus provide stabilitam, in usum revocasse, legimus, *lib. 2. const. Sic. tit. 14.* Hic observes, velim: 1.) hanc actionem Titio dari contra Cajum, sive *a*) ipse Titius pecuniam dederit Cajo, ne sibi negotium facessat; sive *b*) Sempronius dederit pecuniam Cajo, ne; vel *c*) ut Titio negotium facessat, *l. 3. §. ult. l. 7. h.* Primo, & secundo, casu actio illa est mere pœnalis; tertio pœnalis mixta, *dict. l. 5. §. 1. h.* Primo, & altero, casu cum ea concurrit condictio ob turpem caussam, *dict. l. 5. §. 1. l. 7. pr. h.* non item tertio, *l. 3. 4. & ult. h.* 2.) Hodie non actione solum, sed & imploratione officii judicis, peti posse, ut calumnia puniatur, ita quidem, ut imploratio illa etiam post sententiam definitivam, immo rem judicatam, fieri possit; secus ac jure Romano, per *l. 1. C. h.* Schilter. *th. 75.* conf. Carpzov. *Dec. 188. in fin.* 3.) Eum, qui hac querela de calumnia utitur, probare oportere, calumniam, sive diffamationem, factam fuisse per accusationem, vel denunciationem: secus alia ineunda est via, puta, injuriarum actio, aut in factum, omissa calumniæ mentione, Schilter. *cit. loc.* 4.) Etiam eum, qui desistit, v. *l. 10. de judic.* h. e. accepta pecunia, atque adeo calumniandi animo, litem intendit, & deseruit, hac actione teneri, Schilter. *ibid.*

Resp. ad c. 9. X. de pœn.

Casus, quibus competat hac actio.

Hodie locus est implorationi, etiam post rem judicatam.

Quid probandum sit?

Etiam is, qui desistit, hac actione tenetur.

XLI.

III. Huc pertinet *Condictio contra executores litium.* §. 25. *I. de act.*

3.) Condictio contra executo-

res litium, hodieque, cæteris paribus, exercenda.

act. Verum illius natura deinceps mutata est per *Nov. 124. c. 3.* ita, ut simplum actoris sit restituendum; triplum autem fisco applicandum. Nulli autem dubitamus, quin & hodie illis locis, quibus lege, aut consvetudine, nuntiis atque apparitoribus certa summa sportularum nomine est constituta, hæc actio in quad-uplum moveri queat, si quidem illi ultra quid exegerint. Consentit nobiscum, post Heigium *ad dict. §. 25.* D. Hoppius *ibidem.* Nec, quod Vinnius *h. in fin.* ait, id usu non observari; efficit statim, quo minus observari possit.

XLII.

4.) *Actio ex L. ult. C. ad L. I. repetund. hodieque instituì potest. Actiones ab hoc loco alienæ.*

IV. Denique eodem referri potest *Actio* ex nova Constitutione in *L. ult. C. ad L. Jul. repetund.* contra magistratum, qui aliquid per injuriam extorserit, de cujus quidem vigore forensi non habemus, quamobrem ambigamus. Semper enim non-usus discernendus est ab utendi facultate. Eodem non pertinet *Actio in quadruplum contra peculatorem, l. pen. ad L. Jul. pecul.* nec *Actio de residuis in quadruplum,* ex *l. 4. §. 5. eod.* Neque enim quadruplum actori, sed fisco, applicatur, *dict. text.* Cæterum, quod ad *formulas Actionum pœnalium germanicas,* hæ, exemplo Actionum, quæ priore parte pertractantur, nulla difficultate componi, atque huc suppleri possunt. Animus in præsenti fuit, inprimis pro asserendo Actionum pœnalium usu elaborare.

Defendit eam disputationem Anno CIↃ IↃCCV. Christianus Jacobus Heil, Jessena-Saxo, quem itidem memoriæ honorisque caussa hoc loco nominamus.



I. ORA-

I. ORATIO,

QUA EXPENDITUR:

SCIATNE, AN OPINETUR, JCTUS?

AB AUCTORE IN SOLEMNI DOCTORUM CREATIONE x. KALEND. NOVEMBR. CIↃ IↃC XCIX. RECITATA.

Magnifice Academiæ Rector, Perillustres Liberi Barones, Patres Conscripti Hospitesque O. O. honoratissimi, Tuque, spem patriæ sustinens, studiosissima Juvenum concio.


Tsi, qui prodeunt in publicum, dubitare non debent, quin iis præcipue de rebus verba sint facienda, quæ & plurimum dignitatis habere, & personæ, quam quisque sustinet, convenire, & tempori demum locoque optime responderе, videantur: tamen, cum hodierno die mihi ex hoc loco dicendum esse, intelligam; haud scio satis, quod tandem ex tot, tamque insignibus, quæ animo sese offerunt, argumentis seligam potissimum atque exponam. Neque enim illa modo ante oculos obversantur, quæ muneris impositi rationibus innexa sunt; verum illa etiam, quæ privatæ modum fortunæ excedunt, & gravissima caussarum publicarum momenta complectuntur. Atque, ut reliqua faciam missa, illa cum primis disceptatu digna videri posset controversa de successione Hispanica quæstio: quam nemo est fere, qui non maximi esse momenti, credat. Quidem dabo, permagnam & gravem esse quæstionem; si rem, qua de contenditur, consideres; si perpendas, eadem Anglorum Batavorumque fortunam, &, quæ horum præsidiis opibusque, adversus vicinum ac præpotentem Regem, sese tuetur, securitatem status publici contineri; si denique cogites, universam Europam, vix dum mortuo Rege, de cujus successione agitur, contrariis partium studiis, consiliis, armisque, agitari. Nec vero contendam, in Academiis a juris publici tractatione abstinendum esse: hoc tamen inficiari non possum, me omnino existimare, propositam quæstionem tanta obscuritate impeditam non esse, ut difficile sit arduumque, eam jure definire; si quidem verbis experiri, & lege agere, liceret, nec potius æquitatis auctoritatem vis elevaret, potentiorque haberetur prior,

nec

nec tam sancti judicis sententia, quam armis, ferroque, Regum maximorum caussæ dirimerentur. Immo vero in promtu est ratio, quamobrem judicem, plus sæpe numero difficultatis rei rusticæ offerre quæstionem, quam eam, quæ res principum, integrasque regiones, attingat. Me igitur nec Juris Publici ratio, nec quæsiti hujus gravitas deterrere poterat, quo minus de argumento ejusmodi, quod ultro citroque jactari cognoscerem, in præsens laborarem. Verum alia subest caussa, quæ ab hoc instituto me facile revocare possit. Ita enim sentio, Auditores, in scholis cavendum esse, ne controversiis, quæ ad aulas pertinent, nos immisceamus; quum plerumque quidem ridiculum sit, hominem umbraticum in museo suo, tanquam in terrarum orbis imperio, regna principatusque dispertire, nec minus tamen periculosum, in dijudicandis regum principumque controversiis, arbitrium sibi sumere, quæ alioqui vix regiæ conciliationis auctoritate, nec, nisi armorum conflictu, disceptari possunt. Quare satius fuerit, intra metas finesque commissi muneris coërcere animum, nec aliud in præsens argumentum, quam scholasticum, idemque: Sciatne, an opinetur modo, JCtus? pertractare. Quod dum facere ingredior, Vos, Auditores O. O. honoratissimi, quam possum humanissime, obsecro, ut me dicentem benevolentia sublevetis vestra, ad optatumque exitum provehatis. Nitar certe, ut, si nulla re alia, brevitate saltem, vobis placere possim.

Ac si contrita cuidam vulgataque videatur quæstio, quam ad vivum resecare studemus: huic velimus responsum, nec nobis in præsens licuisse nimis esse delicatis, nec illud non suffecisse, argumentum hoc illud demum fundamentum esse, in quo tota JCti definitio, munusque totum, innitatur. Quo autem rem ordine persequamur: principio intelligendum est, tria vulgo commemorari Jurisprudentiæ genera, græcis expressa nominibus, quorum alterum Nomotheticen, alterum Buleuticen, tertium Dicasticen, appellamus. Nomothetice prudentiam absolvit omnis omnino illius juris, quod in cujusvis generis civitatibus condi, corrigi, abrogarive debeat. Unde & regia dicitur, & Jurisprudentiæ civilis nomine inprimis indicatur. Eandemque in Jovis antro per integros novem annos Minoa didicisse, memoriæ prodidit Homerus. Verum Buleutice dat Legislatori consilia, & vim rationemque commonstrat, qua leges vel sint ferendæ, vel latæ aut explicandæ, aut antiquandæ demum. Quod qui reputarint animis, ii nil dubitabunt, quin merito ministra Nomotheticees possit nominari.

Dica-

Dicaftice denique operam ponit in legibus interpretandis, ad cafus civiles naviter accommodandis ac exequendis, quas judicii partes Rhadamanto, rigido inferorum judici, idem tribuit Vates. Deinde intereft, moneri, fcire nihil effe aliud, quam rem, per cauffas cognitam, perfpexiffe, i. e. bene collocata noffe principia, ex iisque conclufiones apta confecutionis lege conficere ac concinnare. Cui contrarium eft opinari, i. e. fine demonftratione, fine rationibus firmis, nec fallentibus, quæ animum explere queant, probabili ratione perfvafum habere. A quorum utroque fejuncta eft dubitatio, quæ pugnantibus inter fe rationum momentis, ancipitem fufpenfumque tenet animum, ut, quid tandem arripias præter cætera, minus affequare. Jam fcientia, &, quæ eo attinent, demonftrationes duum effe generum, traduntur: nam earum aliæ funt accuratæ, aliæ vero conditione quadam fubnixæ, quas Giphanius mollioris bra hii, Conringius fequioris ordinis, appellare confveverunt. Quarum porro aliæ, pro alio atque alio materiæ genio, evidentiores conftantioresque habentur. Quo quidem fundamento præftructo, minus difficile fuerit, ad propofitam quæftionem refpondere. Namque, ut initium faciam a Nomothetice, ejusdem, &, quæ ei fubfervit, Buleutices, duo, quibus utraque fuftinetur, ponuntur fulcra, honeftas atque utilitas: quarum altera alteri ita fubjecta eft, ut honeftas teneat primas, eique femper utilitas cedat. Jam nemo, opinor, inficias ierit, honeftatem fuis fefe metiri regulis, ac certæ demonftrationis fundamento conftitui, eique conjunctam utilitatem, ad rationem reipublicæ accommodatam, juftis circumfcribi, regique finibus, fic, ut, quamobrem lex hoc illove fanciatur modo, in numerato fit cauffa, e recta, reique publicæ ftatui confentanea, ratione elicita, eaque ipfa deinceps legis conditio æftimetur. Enimvero omnium, quæ quidem a majoribus conftituta funt, rationem reddi poffe, negat Julianus; falva tamen incolumique fententia noftra, quemadmodum docebo. Neque enim Julianus rationem legum nonnullarum effe, fed folum reddi pervestigarique eam poffe, negat, ut vitium non legis, fed hominis, rationem, legislatoris animo comprehenfam, interdum non capientis, effe, oftendat. Tum maxime Dicaftice fcientia eft, quæ definita femel principia continet, ex iisque repetit conclufiones, firmo ftabilique judicio confectas. Æque ac videmus in Mathematicis, certa quædam præftrui poftulata, ex iisque deinde pofitiones, falli nefcias, cogi. Quamvis autem contendere nolim, principia juris, pariter

riter ac Mathematicas regulas, certa esse, aut his certiora; id quod A. Fabrum fidenti scripsisse animo, inter omnes constat: illud tamen verissimum est, eadem certa quadam explorataque ratione fulciri. Relinquamus igitur disciplinis, quas vocant, contemplativis demonstrationes accuratiores. Nec tamen prudentiæ juris nullæ manebunt. Parum autem nobis offecerit vetus Epicureorum sententia, quam Trasymachus quidem apud Platonem approbavit, Stoici vero nisi exegissent dudum, nos certe refelleremus facile, si diceremus, hanc familiam plura sensibus, quam ratione, judicare consvesse, nec mirandum esse, si, qui omne in rerum naturalium morumque doctrinis collocarint studium, mathematicas autem scientias spreverint prorsus, nec ullum quidem demonstrationi locum putarint relinquendum. Nisi forte eorum, quos nostra tulit memoria, sapientum auctoritate moveamur, qui politicæ doctrinæ omnem demonstrandi vim eripere conantur. Sed cum iidem ita cum Pyrrhonicis differant de demonstratione, tanquam illa nunquam fere locum inveniat, & ineptos interim paralogismos pro demonstrationibus venditent, non est, quod illorum judicio retardemur. Longe aliter multoque præclarius senserunt veteres, in iisque summus ille Doctor in Nicomachiis subinde, qui & alibi collectiones de rebus, quæ plerumque eveniunt, non indignas esse ἀποδείξεων cognomento, non semel asseveravit. Neque vero putarim, Theophrastum suo, quod olim vulgi sermonibus celebrabatur, dicterio dissentire voluisse a præceptore, cujus germanus optatissimusque erat discipulus, & in Lyceo proximus successor. Etsi enim ille nonnunquam in rebus levioribus ab Aristotelis opinione discessit; sicuti observavit Franciscus Patritius: eum tamen non deseruit in maximi re momenti, cujus generis hæc est, qua omnis civilis Philosophiæ pondus sustinetur. Profecto inter nostri ævi præclaros Magistros non desunt, qui pro nostra sententia acerrime propugnent. In præsens laudasse satis sit ex Hispanis Nunnesium, ex Gallis Raconium, ex Italis Cremoninum, Mazonium Accorumbonumque, e Germanis Scherbium, Piccartum Conringiumque, quorum nomina, si auctorum gloria certandum sit, quorumvis famæ opponamus licet. Atque ut speciatim ad Dicasticen redeam, ea omnino præcipua est, quæ legum Romanarum vestigiis insistit. Ab Ebræis quidem Græci, ab his rudis incultique Latii magistris Romani leges acceperunt, sed hi demum eas divinis sigillatimque pragmaticis ingeniis, quibus ipsam vicisse Græciam feruntur, hoc excoluerunt diligentius,

quo

quo pluribus gentibus nationibusque, prolatis magis magisque imperii terminis, jura erant danda, speciatimque seculo a nato Christo III. inter tot JCtorum, quos ut divinitus datos, omnis memoria suspiciet, oracula mirifice auxerunt. Equidem non temperant sibi, novi, auctores juris & conditores, quin cum de jure respondent, verbo: videtur, identidem utantur. At intelligendum probe est, JCtorum vel Tullio ad Trebatium teste, hoc verbum esse, qui eo non caussæ, quam agunt, infirmitatem; sed sermonis, cui assveverunt, elegantiam produnt, æque ac Tullium Fabius accusat, quod hanc dicendi rationem tantum non affectarit. Nec vero recto deerravimus, Auditores, si expensis præceptorum momentis, ex quibus conflata est Jurisprudentia Romana, eandem ipsum jus naturæ ac gentium, idemque non ad unam omnibus, sed præcipuis excultum doctrinis, & perfectissimum artis juris, & omnes aliarum gentium leges interpretandi, exemplar, appellare audeamus. Sive enim consideretur prudentia; sive æquitas; sive gravitas; sive scientiarum orationisque dignitas; sive diligentia in caussis, ad boni æquique regulam exigendis, adhibita: admiratio certe injicitur vel maledicentissimo Vallæ, ut expedire non possit, utrum decus alteri præstet, majorique laude dignum esse videatur. Judicant inde gentes cordatiores, præclareque moratæ, vix alia magis idonea rectæ rationis principia indagari posse, quam quæ jure Romano continentur. Hugo Grotius certe, Seldeno doctrina juris naturalis longe superior, cuique eadem plorimum debet, ipse subinde ad leges Romanas, earumque principia, judicium suum revocat, illarumque præsidiis se munit, modo vocabula magis, quam res ipsas, mutat, modo etiam, ubi a jure Romano secessit, offendit, errorisque coarguitur, id quod multis clarissimisque exemplis comprobari posset, si quidem ex usu foret, & temporis ratio ferret. Immo vero jus Quiritium omnium fere populorum, quos humanitatis cultus a ferocia moris distingvit, usu receptum esse, & scimus, & integro quodam scriptoque ex instituto libro posuit ante oculos Arthurus Duckius, Britannus. UnumGalliarum Regem hic meminisse, juvat, qui corpori, quod ab ejusdem nomine, Ludovicianum appellatur, Quiritium subinde leges inserendas curavit. Etenim nomen, non sententiam, hic tantus antiquavit Rex, ut omnes intelligant evidenter, leges, quibus vel æquitate, vel prudentia, Romanæ quid concedant, ne Gallos quidem, quorum opera, in jure humano interpretando, alioquin prædicatur maxime, nedum alios, excogitare posse. Ut putem omnino, ni alia impediant, rationem certe hujus juris nihil im-

 pedire,

pedire, quo minus controversiæ, inter reges principesque extra imperii fines coortæ, iisdem juris Romani principiis commodissime definiantur. Jam aliud est historia status publici; aliud jus ipsum publicum, quod non e Thuano, Sleidanove, aut e scriptoribus Germanicis, vel Pistorianis, vel Goldastis, vel Meibomianis, sed vix aliunde, quam ex Romani juris præceptis petere possis. Unde videas, eos, qui Recessus Imperii aliaque monimenta literis consignarunt, plerumque ex juris Romani ignoratione hallucinatos esse. Nunc enim illi in argumento brevi multis, iisdemque inanibus utuntur verbis, quibus rem magis obscurant, quam illustrant: jam minus bene rem distingvunt ac finiunt, sed incerto describunt judicio, ut lectori dubiam de re suspensamque sententiam relinquant. Id quod uni omnium maxime contigit Aureæ Bullæ Auctori, qui eo capite, quod tutelam Electoralem complectitur, quæstionem fundamenti loco substructam: utrum testamentariæ cedat legitima? plane prætermisit, atque adeo caussam occasionemque peracri disceptationi, ineunte hoc seculo, inter Jo. II. Bipontinum & Philippum Ludovicum, Ducem Neoburgicum, præbuit. Porro memoria recolendum est, quod supra diximus, Dicastices officium cerni, partim in interpretatione Legum, partim in earundem ad casus oblatos accommodatione atque executione. Qua utraque parte quovis die distrahi Collegiorum Juridicorum sententias, cum videamus; facile cuipiam dubitatio super eo, quod quæritur in præsens, afferri posset. Quo enim modo id firmum ratumque esse, & sciri, dici potest, de quo subinde dimicatur, &, sicne, an aliter, ejus comparata sit ratio, ambigitur. Verum meminerimus, hoc etiam loco culpam esse conferendam non in jus, sed in hominem, eandemque sententiarum varietatem ab impari hominum judicio & diligentia esse arcessendam. Justitia semper sibi perpetuoque constat, neque unquam destituit sese, aut frustratur. Leges latæ in se certæ fixæque sunt, certa quoque est earundem ad casus accommodatio; licet eam non semper judicii vitio assequare. Hoc enim mihi haud dubie persvasum est, si interpretanda lege, eademque ad propositam caussam accommodanda valeamus judicio, eoque pro eo, ac par est, utamur, haud lubricam iniri viam posse, in qua sine prolapsionis periculo vestigium facere possimus. Quum enim contraria non peræque vera esse queant; necessario consequitur, adhibita judicii studiique ope, eadem discerni facile, & rationibus utrinque confligentibus inter se comparatis, utrum altero justius sit, æquiusque, provideri posse. Amplius, si diligentiam dexteritatemque in exquirendo facti singularis genere, atque in reliquis,

liquis, quæ idem circumstant, dispiciendis ponderandisque colloces, parum aberit, quin stabile profecto, nec dubium judicium in quacunque demum caussa ferre queas. In qua quidem studii parte multum omnino situm est momenti, ut frustra sint illi, longeque fallantur, qui JCti munus ad facta pertinere, negant, & vel sola definitione Jurisprudentiæ, quod sit divinarum humanarumque rerum notitia, confutentur. Tanto magis graves cordatique viri, nec fucato in speciemque fallaci, sed solido studiorum fundamento nixi, eorum offenduntur levitate, qui, nescio qua excellentis, cui nihil cum vulgo commune sit, ingenii fiducia, Scepticorum more de omni re dubitant, & perinde esse, sic, an aliter, pronuncietur, non sine insigni judiciorum jactura, dicere audent. Legislator quidem constituit leges, quas velis, modo commodas salutaresque reipublicæ, cui feruntur, esse novit. At JCtus, cum dirimit lites, earundem vinculis adstringitur, nec sua regi libidine, sed legibus, neque sententiis, quibus capita civium fortunæque in discrimen adducuntur, veluti tesseris aut chartulis ludere debet. Id quod potissimum caussarum patronis solemne esse videmus, ut in forum, tanquam in scenam, prodeant, mutatisque pro quæstus ratione personis, modo hanc, modo alteram super eodem juris capite sententiam, prouti caussæ susceptæ ratio poposcerit, mordicus defendant. Quo vehementius Potentissimi Poloniarum Regis atque Electoris Saxonis, Domini & Nutritii nostri longe clementissimi, institutum, cum immortali gloria conjunctum, ab omnibus, qui justitiæ consultum cupiunt, collaudari debet. Hic enim Rex, justitiæ, in Saxonia assertæ, laude famaque inclutus, insolito æqui vindicandi exemplo, inter ipsas gravissimas conventus, quem ex omnibus Saxonicæ ditionis provinciis indixit, curas, primum serioque mandavit, ut & jura, quæ rei forensis interessent, & alia argumenta adhuc dubia, explicarentur penitus, ratioque, in caussis apud judices defensitandis iniri solita, arctioribus coërceretur finibus, & præcluso ad fallacias fraudesque aditu, æquabilis juris fructus ad summos infimosque redundaret. Atque hic in partes consilii me quoque clementissime vocatum, & præter cetera ad concinnandam ordinationem, quæ modum in judicio procedendi definit, in primis adhibitum fuisse, non sine ingenti voluptatis sensu, ac devotissima animi significatione in præsenti recordor. Quæ quidem res quemadmodum summum justitiæ amorem spirat, ac neminem non in tanti Regis venerationem rapit: ita, ut bene prospere eveniat, simulque consilia cætera, quæ his temporibus pro salute reipublicæ capiuntur, optatis omnium, quorum interest, respondeant, Deum immortalem persancte

 compre-

comprecamur. Quo autem ad illud pergam institutum, cujus caussa hic agitur, ad Te, Decane spectatissime, animum jam compono. Produco in conspectum Tuum hos, qui Te publice venerantur, Quatuorviros, legum operarumque forensium apprime peritos, Licentiatos, inquam, nostros, quorum honori dignitatique hæc indicta esse solemnia, meministi. Etsi vero horum cum vita omnis sancte integreque acta, tum æqui bonique scientia, fundamentis solide jactis, parta, & crebro fori usu aucta insigniter ac firmata, multas præstantesque laudes mihi ostendunt, quibus eos efferre possem; huic tamen labori prudens parco, propterea, quod neque horum virtus mea interpretis laudatorisque ornamenta desiderat, nec Tu, Magnifice Vir, ignotas, quantopere hi expectationi Tuæ omniumque responderint, sive nobiscum privatim colloquerentur, sive publice disserendo lectissima juris argumenta ex inferiori loco tuerentur: Immo vero, id quod majori curæ esse debet, tua potius, Decane Spectabilis, humanitate utendum, puto, Teque quæso, qua soles animi æquitate, Licentiatorum nostratium precibus piis honestisque locum relinquas, qui abs Te laborum curarumque, quas in difficillimum juris studium contulerunt, fructum, spe optatisque suis dignum, demisse petunt. Age igitur, Procancellarie Magnifice, pro eaque, quam obtines, auctoritate jube, & vel verbo submone, uti mihi potestas fiat, Quatuorviros hos ad summum Doctoris gradum, & honores, & privilegia more rituque solemni cætera provehendi. Idemque unum quidem illud est, sed insigne amplumque beneficium, quod hortatu Ordinis incluti abs Te etiam atque etiam exorare studeo, quodque & nobilissimus Ordo, & mecum Candidati mei, obsequio, cultu, omnisque generis studiis atque officiis demereri pertendent.

Quod igitur Deo O. M. gloriosum, universæ Reipublicæ Christianæ felix faustumque, Academiæ nostræ lætum, & Candidatis fructuosum pariter ac honorificum sit, Ego Jo. Henricus Bergerus, Jurium Doctor, more majorum creatus, & Pand. in hac Academia P. P. auctoritate Cæsarea, quam in præsens sustineo, Te NN. NN. NN. NN. Vos, inquam, absentes æque ac præsentes, Doctores utriusque Juris, tam Canonici, quam Civilis, creo, facio, inauguro, creatos, factos, inauguratosque in amplissimo hoc consessu publica voce renuncio, declaro, proclamo, Vobisque omnia jura privilegiaque, quibus jurium Doctores per totum terrarum orbem distinguuntur, utuntur, fruuntur, tribuo atque concedo, in nomine DEI Patris, Filii & Spiritus S. Eandem S. S. Triada, tanquam omnis sapientiæ fontem, persancte oro, ut vos vestros-

ſtrosque conatus regat feliciter ac provehat, cumulatiſſimeque fortunet, in nominis ſui gloriam immortalem, Academiæ hujus incrementum, & veſtrum omnium incolumitatem felicitatemque ſempiternam. Salvete jam mihi, conſultiſſimi Doctores, recens creati, hoc enim nomine primus ego Vos ſaluto. Salvete iterum, o mihi chariſſimi, capeſſite inſignia, quæ virtuti veſtræ debentur, & ritus, majorum inſtituto ad nos propagatos, lætis animis obite, in perpetuamque rei hujus memoriam excipite. Locati eſtis in eminentiore hoc loco, ſolis alioqui Profeſſoribus deſtinato, ut ſciatis, vos, qui adhuc a pedibus Præceptorum aſſediſtis, nunc Profeſſorum lateribus jungi, & poteſtatem nanciſci publicam ex tam conſpicuo, ſublimi & edito loco utrumque jus docendi, explicandi, enarrandi, de eo diſputandi, itemque de jure reſpondendi, pronuntiandi, & clientibus veſtris conſulendi. Ante ora omnium vos conſtituo, quo docentium æque ac diſcentium ordini, magiſtratui item ac populo, compareatis; denique ut intelligatis, non vobis, nec veſtræ ſolum familiæ, ſed patriæ, ſed univerſæ reipublicæ, vos creatos renunciatosque Doctores eſſe.

Tum tollo vobis & trado libros apertos, quo diligenter cognoſcatis, juris volumina vobis diurna nocturnaque manu verſanda, ad uſumque reipublicæ adjungenda eſſe, neve nimium fortaſſe veſtræ confidatis memoriæ, neve ubique veſtris ſtetis judiciis, ſed ut præceptores mutos, non poſſideatis modo, verum diligenter etiam adeatis; denique ne plus privatis doctorum opinionibus, quam legibus ac ſtatutis publicis tribuatis, quoque legum poteſtatemque, rectius, ac vulgo fieri ſolet, cauſſis crebro agendis, a deſvetudine, intolerabilique quorundam contemtione vindicetis.

Nunc claudo iterum hos libros, ne quod præjudicium vos occupet, neve veterum auctoritas oculorum aciem vobis præſtringat, atque uti extra libros habeatis juris ſcientiam, animis veſtris reconditam, ſique res poſtulet, promte alios docere, & de jure reſpondere, itemque ea, quæ legiſtis domi, publice, tanquam ex abdito quodam memoriæ theſauro, promere, nec difficulter proferre, poſſitis. Nimirum jurisprudentia in umbra otioque non conquieſcit, neque in tricis commoratur, ſed hæc ejus optima, quod Plinius Secundus vos admoneat, pars eſt, negotium agere publicum, cognoſcere, judicare, amplificare atque exercere juſtitiam, quæque Philoſophorum & JCtorum libri docent, in numerato habere. Satius, credite mihi, eſt illa facere, quam integros dies legendo, audiendo, dicendoque conſumere. Jam pileum capitibus veſtris accommodo,

modo, insigne illud libertatis Romanæ, quæ inæstimabilis res est. Innuit hoc capitis ornamentum libertatem mentis, qua distincti & separati estis a plebe, qua thesaurum gestatis omni auro argentoque potiorem, ne mancipia porro sitis vulgi, nec vanarum otiosarumque opinionum, sed quo veram ametis libertatem, quæ est, parere Deo & Principi; denique ut soliciti sitis pro capite reipublicæ, atque pro salute capitis, id est, vitæ & bonorum socii vestri, innocentesque ab injuriis aliorum defendatis, & qua jus fasque est, protegatis, probe & ubique memores, pro capitibus civium, discentium, clientum, aliquando vobis reddendam rationem esse. Tecti estis pileo, quia honore digni estis, quia caput arx propugnaculumque sapientiæ, scientiæ sedes, & eruditionis castrum est, atque adeo haud immerito idem honoris præmium capit, artisque coronam circumfert. Porrigo vobis annulum aureum, eoque digitos vestros orno. Quo quidem ritu vobis ordinis nostri, militiæque togatæ, dignitatem impertior, & nobilitatem tribuo, ab Imperatoribus & Proceribus imperii Doctoribus, pari æquoque cum militaris atque equestris ordinis viris jure, concessam, variisque privilegiorum capitibus munitam. Norunt enim Summi Invictissimique Imperatores, res magnas, non armis solum & lacertis, sed præcipue consiliis etiam ac prudentia geri, & domi forisque feliciter confici, ut plus sæpe consilium prudentis unicum, quam opera mille armatorum, reipublicæ prosit. Ex quo, vel me quieto, colligatis licet, militiæ huic nomina vos dedisse, non uti pro vestra, sed uti pro reipublicæ, Principisque, salute atque honore, propugnetis. Tandem osculum vobis figo, osculum pietatis, quod debetis Deo, osculum reverentiæ, quod debetis Principi, osculum fidei, quod debetis reipublicæ, osculum pacis, amoris, veritatis & justitiæ, quod socio debetis. Porro quo summum jus osculo æquitatis & clementiæ temperetis, quo litigantium animos placidæ compositionis osculo mitigetis, quo legum scientiam osculo humanitatis complectamini, quo jura magis ad execrandas & sopiendas, quam ad exosculandas alendasque lites adhibeatis. Denique ut vos, Juris divini humanique Doctores, rixas rabularum & calumniatorum altercationes fugiatis, vosque, animis ad concordiæ studium compositis, exosculemini, idemque illud, quod ab aliis fieri velitis, aliis sponte ultroque faciatis. Dixi.

Restat, ut alter Doctorum, recens creatorum, quæstionem, sibi propositam, dissolvat; alter Deo, Regi & splendidissimo huic Auditorio gratias, quas memor animus capit, amplissimas agat.

II. AVCTO-

II. AVCTORIS ORATIO,

QUA

PRAECEPS JURIS ADDISCENDI STUDIUM IMPROBATUR,

IV. KALEND. NOVEMBR. CIↃ IↃC XCVII.

CUM CONSULATU ACADEMICO ABIRET, RECITATA.

Magnifice Academiæ Rector, Patres Conscripti, hospites O. O. honoratissimi, tuque lectissima civium corona.



Uanquam solemnia hodierni diei sola Consulis suffecti inauguratione peragi poterant, digneque celebrari: tamen, quando mos loci hujus atque institutum postulat, ut auspicium administrationis Academicæ votis ominibusque prosequamur, danda est opera, ut munere consvetudinis, per manus traditæ, quam minimo patientiæ vestræ incommodo, perfungamur, Auditores. Quod quidem ita me potissimum consequi posse videbar, si & facilitate verborum, & quadam argumenti utilitate, placere vobis studerem. Venit autem hoc loco in mentem tot tantorumque malorum, quibuscum Jurisprudentiæ studium conflictatur. Atque hæc quum plurima omnino sint, multoque difficillima, tum nullum eorum gravius, nisi me omnia fallunt, afferri in medium potest præpropera illorum festinatione, qui Jus discere prius fere desinunt, quam illud attigerunt. Ex qua levitate hominum, qui, tanquam per ludum jocumque, tractant difficillimam Juris disciplinam, neque cum ea, ut cum terrarum domina, gentiumq; regina, reverenter agunt, quum nullum capere commodum, & certissima multoque maxima detrimenta expectare respublica & possit, & debeat profecto: videmur facturi & convenienter officio nostro, quod necessitatem defendendæ jurisprudentiæ nobis imponit, & vobis, Auditores, qui rempublicam salvam vultis, per lubentibus, si juventutem, legibus deditam, mature revocemus a periculo, ad quod eam, salutemque publicam, festinatio, nisi provideamus in tempore, adducet. Quare Vos, Auditores O. O. honoratissimi, ut me, perbrevi dicturum, benevole patienterque audiatis, vehementissime rogo. Primum inter omnes constat, Justinianum Imp. quum animadverteret inde a temporibus Ciceronis jus professos esse, qui illud nescivérint, &, quod est apud Petronium Arbitrum, rabulis passim & inanibus stentoribus fora strepere, litiumque initia, quam finem, studiosius quæri, ac diligentius agitata, tandem Juri docendo statuisse quinquennium,

quod ex instituto Præceptoris sanctè etiam custodivisse Pythagoreos, novimus, ne de iis garrirent, quæ ignorarent. Quod si tempestate illa, qua mores, & Jura, & verba civilia, erant notiora, aut perceptu faciliora, quinquennio studium Juris circumscripsit Justinianus, cedo, temporis ne aliquanto plus Studio huic dandum sit memoria nostra, qua veteris prudentiæ reliquias laceras, & tanquam servatas e naufragio tabulas, habemus? Spinis horrere videntur omnia, quæcunque de Jure ab antiquis prodita sunt. Nec vero his temporibus eadem prorsus est Juris disciplina; idque ob Jus Pontificium, quod Civili accessit, atque utriusque infinitos Interpretum Commentarios, qui adeo crevere in immensum, ut, si alii aliis imponerentur, Babylonicam illam turrim altitudine superarent. Taceo Feudale, ut appellamus, & Publicum, Jura, & diversa diversorum locorum instituta, variasque Consvetudines, quarum non minor habenda ratio est. Quare universi Juris campus amplius certe patet, quam ut quinquennio ad metam perveniatur. Ac parum abest, quin tot fere lustra hodie requirere possis, quot imperator annos numeravit, citiusque consenescas, quam cursum conficias; nisi in compendiariam proximamque viam ingressus, & facultate ingenii adjutus, circumspecte festines. Dignum memoria est id, quod Bartolus, ejusque discipulus, Baldus, tradunt, in Academia Bononiensi literis Pontificiis cautum esse, ne quis capiat summos honores Juris, aut Civilis, nisi qui ei operam dederit sexennio, aut Pontificii, nisi quinque annorum studium in eo collocarit. Quanquam faciendæ annorum accessioni caussam dederat obscuritas iis temporibus, in Leges invecta, sic ut, quemadmodum Justinianus quadriennio veteri annum amplius adjiciendum, putavit; ita Pontifex, eadem inductus necessitate, Justiniani quinquennium uno auxerit anno. Tandem Concilio Basiliensi quinquennium restitui cœpit, regiaque Ludovici XII. Constitutione firmatum esse, memorat Petrus Gregorius. Idemque auctoritate tribunalis imperii publica comprobatum est. Hac mente Academia Tubingensis Juris Candidatis summorum honorum præmia non ante impertitur, quam jusjurandum dederint, se studio Juris integrum quinquennium transegisse. Atque hæc quidem, quibus cavetur, ne quis citius, quam quinquennio exacto, ad consequendas dignitates aptus haberi debeat; quum publico quodam judicio suffragioque gravissimæ Juris disciplinæ difficultatem nobis confirment, tum alii longius quoddam spatium exercitationi huic, qua æquitati consulere discimus, dederunt. Sunt, qui septennium in studio hoc, quod lege agere docet, consumi velint. Nec me fugit, doctissimum Merillium quandam de tempore in Studio

dio Juris prorogando orationem in Academia Bituricensi habuisse. Quo indignius quidem est, nostra ætate, ut omnes ingenuarum artium disciplinas, sic studium Juris leviter perstringi, ab ipsorumque Doctorum quibusdam Juventuti misere fraudulenterque imponi; quum illi vel biennium Juri discendo sufficere, simplici huic imperitæq; persvadeant: splendide illud quidem, & quæstuose fortasse, verum illorum, qui falsa spe lactantur, pessimo; quod, cum, in portu navigare se, putent, comperiant deinde, utinam mature! se nondum Oceanum illum Juris immensum navigasse, nondum invectos fuisse in altum, nondum vela dedisse ventis. Itaque hi quidem spe pollicitationum decepti sunt, magnificeque delusi. Cursum Juris, (arrige aures, Themis!) jactant, vocabulo certe, quo ad rem oculis subjiciendam nullum poterat significantius excogitari. Currunt enim hic, neque id jumentis, equisve, sed, qui celerrimus est motus, & oculis & animo tam celeriter percurrunt, ut tum demum, cum cursus reddenda est ratio, non sentiant, se cucurrisse. Ita vero dolemus eorum vicem, qui non intelligunt, quæ aut vix, aut vix ac ne vix quidem, tetigerunt, elementa, quia citato gradu ac ludibundi eo festinarunt, quo non, nisi magno cum labore, longinquoque tempore, contendi potest. Sed, ne, indicta fortasse caussa, inauditosque damnare velle videamur: audiamus tantisper, quæ illi habeant in promtu. Primum contendunt, rationem sine lege, sine accurata Legum, inquam, notitia, munus Jurisperiti tueri posse. Verum inter eruditos quam ratio sine lege dissimilem JCto exhibeat Doctorem, duo, quod pace cæterarum præstantissimarumque virtutum illorum dixero, literarum lumina declarant, Justus ille Lipsius, & CL. Salmasius: quorum alter, antiquitatum Romanarum princeps, de accepta Doctoris dignitate nihil, nisi nauseam legum odiumque retinuit; alter Græcæ literaturæ, in quibus parem non vidit, terminos cum movisset, in libro de paradoxo Juris edito sententias, a disciplina Legum abhorrentes, attulit, lacessitusque undique atque exagitatus, nodos, quot dissolvere non posset, lectionibus permutatis, ferro recidit. Sed multo plures Jure Consulti ejus generis Rationales, si dicere fas est, in foro discurrunt, qui, legum peritia multo aliis inferiores, judicandi tamen audacia volunt, cedere nulli, a quibus habet Europa consvetudinem illam, si Diis placet, excellentem, qua tot præclara Juris Romani capita commentis istorum oppressa sublataque sunt. Atque his quidem, qui pro sua vel ignavia, vel arrogantia, varie nituntur, etsi damus primo illud, multos eorum, qui, de Jure cum disseritur, obmutescunt, ubi ad facta ventum fuerit, longe facilius expedire se posse; tamen illæ caussæ nisi vulgares

 sint,

sint, quarum maxima litium pars haberi debet, mirum dictu, quam hæreant iidem. Hobbesium, nihil miramur, rationem sine lege facere posse Judicem, contendisse, quum parum absit, quin & Theologum sine verbo, divinitus promulgato, opinionis errore fingat, idemque illud rationi saltem non obscure subjiciat, eosque, qui divini afflatus conscientiæ in doctrina salutari quicquam tribuunt, apostatas rationis nefarie appellet. Sed fuerint in Anglia, quæ Jure scripto non ita multum, Romano prorsus non utitur, forte homines e multis judices aliquando: nostra sane tribunalia, quæ arte Justinianea reguntur, non possunt non infeliciter procurari ab his, qui, legum expertes, sola ratione ad impeditum judicandi munus aggredi non verentur. Tribuo etiam illud, si judicem in arduis rebus alterutra facultate, vel legum memoria, vel acri rectoque judicio, destitutum esse oporteret; rationem longe majoris fore, quam Legem. At minus ferenda est hæc inscitiæ arrogantia, qua homines, ignari Legum, credunt, se primo aspectu perspicere posse, quid justum æquumve sit; quamvis regulas, a veteribus longa meditatione, multaque & varia disputatione conditas, usuque recognitas, atque identidem approbatas, prorsus ignorent. Hi vero judices sunt Caligula, quodam Imperatore, digni, qui per iram indignationemque Jurisconsultis minabatur, se facturum, ut nihil esset iis, quam æquum, quod responderent, h. e. se leges, quibus contineretur eorum doctrina, abrogaturum, quo ex nativæ rationis æquitatisque præscripto dare consilia cogerentur. Est amplius interpres naturæ fidelissimus Jus Romanum, cujus tamen tot acerrimis judiciis tuum unius judicium hebes sæpe aut quodam animi motu perturbatum, nonnisi impudenter, audeat se comparare. Quamvis enim Jus naturæ nunquam a sensu abhorreat communi: civilia tamen negotia infinitos casuum recessus habent, ut certis rationibus regulisque, non nisi incredibili quadam cura exactis, multoque temporis usu firmatis, ac nullis magis, quam illis a Quiritibus sapientissime excultis, dirigi æquabiliter possint. Nec vero patronorum diligentia judicum imperitiam adjuvabit; quum illi potius judicibus, quod velint ipsi, persvadere parent, quam ut germanam legum sententiam expromant. Sæpenumero etiam cum dolore quodam videmus, advocatos ne quidem spectasse ad sedes juris, unde casus positi decisio petenda sit. Quodsi tum judex e memoria legum, cum judicio bene composito, jura, quæ Advocatis deficiunt, supplere non possit: væ miseris partibus, quoties pro capite fortunisque, velint nolint, propugnare coguntur! Neque vero hoc loco in Advocatorum ignorantiam multa dicam. Ii certe, qui in judiciis Collegiisque causas

causas disceptant, sæpius indignantur, patronos ne quidem, quo actionis genere sibi experiundum sit, scire, atque adeo, quum domicilium argumenti ignorent, per imperitiam pudendam miseros clientes magno quodam fortunarum incommodo afficere, sæpe etiam vel ignoratione unius capituli, quod in Jure Pontificio nunquam legerunt, cadere caussa. Tum meminisse oportet, illos sive titulos sive libros, quos a foro remotos prorsus esse, dicunt, non nullum sui usum præbere, quum ad consecutiones, in aliis juris articulis eliciendas, attineant; alia deinde multa in promtu esse, quæ difficultatem augeant, & temporis lucrum, quod ex omissione aliquarum Juris materiarum cepisse videamur, detrahant nobis. Ita vero præcipitando curas nostras, redibimus ad superiorum temporum barbariem, & veram solidamque juris disciplinam, nisi mutemus sententiam, amittemus. Nec vero seculum accusemus, vel ingeniorum nos pœniteat, modo in discendo tumultuari nolimus: quod cum vobis integrum sit, nolite, Perquam generosi Nobilissimique Juvenes, committere, ut vel conatibus vestris diffidatis, vel de successu præclaro videamini desperasse. Non est nulla parentum quorundam, quos Fabius coarguit, hodieque culpa, qui, liberorum fortunis prospicere se, credunt, si eorum studia non ad maturitatem provenire sinant, sed cruda in forum remque publicam protrudant. Haud aliter, atque illi populares sentiebant, qui Duarenum, Budæo Lutetiæ Parisiorum deditum, apud patrem deferebant, quasi nugas ageret filius, nec quicquam, spe paterna dignum, præstaret. Sed, patre per Gvilelmum reconciliato, vix secundum Cujacio nomen evasit Franciscus. Non sunt, fatemur, vobis, Generosi, Lectissimique Juvenes, Budæi præceptores, non Alciati, non Cujacii, heroës, ad omnem posteritatis memoriam consecrati, quos legere jam, & deinceps quoque admirari, audire certe non potestis. Nobis quidem, quos inanium promissorum pudet, nihil arrogamus, præter prolixam voluntatem, & sincerum vobis ingenue, omnique ratione consulendi, quo nemini concedimus, studium, ut ad solidam Juris disciplinam aspirare ex animi sententia possitis. Non injicimus vobis ad unum omnibus frenum quinquennii illius Justiniani, quod quidem novissima Imperii Lege prorsus antiquatum esse, frustra pertendunt nonnulli. Ipse quoque veritate coactus, profiteor, nec locum, nec tempus, imperare ingeniis posse, sed hic valere vim, cuique insitam, quæ ipsum annorum cursum superet; præsertim quum accesserit patientia laboris invicta, exercitatioque nunquam remissa. Potius distingvantur ingenia discentium, & pro suo quisque captu, proque magistri, a quo eruditur, facultate, tempore

pore sui excolendi utatur; modo studiose provideant omnes, ne antequam studiorum fundamenta jecerint firma, Academiis excedant, & præpostera sui fiducia se ipsos, spemque fortunæ omnem, frustrentur. Non patitur instituti ratio, ulterius provehi, & persequi singula, quæ vel multos possent revocare ab hoc vitio, vel in instituto laudis pleno firmare. Vos igitur, quos respublica, amplissimique honores expectant, Ornatissimi, humanissimique Juvenes, Vos, agite, arceatis præceps desultoriumque, & perturbatum rapidumque studiorum genus, & tanquam impedimentum perficiendi operis, pestemque omnis doctrinæ ac venenum, & quasi hostem fortunæ vestræ, perpetuamque lugendi materiam, refugiatis. Attendatis contra, quid & quomodo discatis, & memineritis mature, quam reverenter tractandum sit illud, ex cujus tractatione omnis spes, omnis salus, honor omnis vester, pendeat, viamque ingressi regiam, quoties defatigari labore videamini, toties recordemini, nihil esse laboris tædium ad illam voluptatem, illamque suavitatem, quam diligentiæ præmia virtuti vestræ & pollicentur & certo afferent, singularem. Præsertim quum agatis in perantiqua hac, virisque omni doctrinæ genere eruditissimis affluente, literarum sede, quæ ultro vocat, rogat, invitat vos identidem ad doctrinæ præclare fundatæ amorem, aditumque vobis ad clarissimos viros aperit, & nihil de incrementis vestris præter gloriam feriæ institutionis, capere vult. Nolite spem vestram angulo quodam angusto terminare, sed terrarum orbis finibus eam metimini, & cogitate, moribus temporum quamlibet corruptis, virtuti tamen doctrinæque exquisitiori, etiam quum a fautoribus patronisque derelicta esse videatur, pretium constare suum, seculoque periniquo ingratoque exprimi honorem, quo dotes, quibus carere non potest, urgente licet ambitu, prosequi cogatur. Sed, cum periculum sit, ne vestra, Patres, patientia nimium abutar, ad institutum iam pergam. Tibi vero, DEUS O. M. fons & conservator bonarum literarum, atque, in quibus hæ aluntur, Academiarum, gratias ago immortales, quod in formidoloso gentium nationumque tumultu, inter medias Europæ turbas, inter tot, quas literæ nuntiique attulerunt, imminentes clades, ut in otio sapientum pacate tranquilleque conquiesceremus, divino præsentique clementiæ munere effecisti. Fac, benignissimum Numen, serves redditam haut ita pridem fessæ tam fatali bello, exhaustæque Germaniæ pacem, eandemque non modo æquam, verum etiam fidam & tutam, munitamque feræ posteritati prodas. Tutare præsenti Numine, florentemque præsta hanc instauratæ religionis parentem, clarissimum hoc præstantissimarum artium in Germania lumen, & fac, ut hæc bonæ mentis arx, tutela Magni Saxonum Principis, in Regio solo collocati, stet, & patrum civiumque fortuna floreat, & quoad res humanæ erunt, crescat, avitamque dignitatem tueatur. De meritis, Patres Conscripti, quæ sapientia vigilantiaque vestra in rempublicam nostram singularia extant, multa dicere habeo, dicerem etiam, nisi ea in omnium oculis animisque inhærere, cognoscam. Agite nunc, Patroni Observandi, a me accipiatis pro fide, mihi præstita, non gratias, quæ nullam vestrorum meritorum partem assequuntur, sed me ipsum, porroque salvi florentesque hanc ingeniorum administrationem procuretis, multumque ornetis. Ita vero lætior ad Te accedo, &c.

SYLLA-

SYLLABUS
LEGUM ET CAPITUM
SELECTIORUM

EX

JURE CANONICO PARITER
AC CIVILI,

SECUNDUM SERIEM
TITULORUM,

QUI

INSTITUTIONIBUS

ET

PANDECTIS

CONTINENTUR,
CONCINNATUS.

LEGES, EX UTROQUE JURE SELECTÆ, ET SECUNDUM SERIEM INSTITUTIONUM AC PANDECTARUM CONCINNATÆ.

I. INSTITUT. JUR. CIV.

PROOEM.



Lib. 37. de Ædil. Edict. Ubi juvenes dociliores esse veteranis dicuntur. Excipe *Accursium*, qui quadragenarius accessit ad studium juris.

Lib. I. Tit. I.

De Justitia & Jure.

L. 25. §. 11. de hered. petit. Ubi: ad remunerationem quem imperfecte obligari; seu obligationem ad remunerandum esse imperfectam, i. e. solum passivam, non activam. Ibi: *ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligarunt.*

L. 16. §. 3. de pœn. Unde: in irrogandis pœnis arbitrariis, (in willkührlichen Straffen, respectum personæ habendum esse. Ibi: *persona spectatur.*

L. 41. eod. Unde: in imponendis pœnis taxatis, determinatis, & uniformibus, in gemessenen, gesetzten Straffen, nullam personæ habendam esse rationem. Ibi: *variis æstimationibus.*

L. 52. §. 2. ad L. Aquil. Unde: officium JCti non solum in jure, sed etiam in facto, versari. Ibi: *in caussa jus esse positum.*

L. un. pr. C. de rei ux. act. Ubi *Corpus Juris*

Lib. I. Tit. 2.

De

Jure Naturali, Gentium & Civili.

L. ult. de colleg. & corp. Ubi: statuta civitatum municipalium, in se, citra superioris confirmationem, tanquam pacta, valere; modo juri communi, der allgemeinen Verfassung, non contrarientur. Ibi: *pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid in publica lege corrumpant.*

L. 2. de mort. infer. Ubi *Lex Regia de non sepelienda matre, ante excisum partum.*

L. 33. de re jud. Ubi: Imperatores privatis quoque, de jure consultantibus, rescripsisse. Ibi: *aditus per libellum.*

L. 2. C. ut lit. pend. Unde: Rescripta decisiva, h. e. antegressa sufficiente caussæ cognitione, lata, & partibus publicata, habere vim sententiæ, atque adeo transire in rem judicatam. Ibi: *terminatam rescripto, vel consultatione, quæstionem.* Alioqui regulariter rescripta, ab altera parte extracta, einseitige Befehle, non obligant. *t. t. C. Comminat. Epist.*

L. 3. de his quæ in test. del. Ubi elegans exemplum *decreti.*

L. 2. §. ult. de orig. jur. Unde: interdum Imperatores etiam singulis JCtis potestatem de jure respondendi concessisse. Ibi: *Sabino concessum est.*

Lib. I. Tit. 3.

De

Jure personarum.

L. 15. §. 1. de usufr. Ubi varia servorum officia.

Lib. I. Tit. 6.

Quibus ex caussis manumittere non licet.

L. 1. §. 3. de postul. Ubi *Nerva filius* memoratur anno ætatis XVII. de jure responsitasse, h. e. frequenter, iterum iterumque respondisse. Quod notandum contra Gothofredum *ibidem*, dum commentatur, responsitasse minus esse, quam respondere. Vid. Menag. *de amœn. Jur. Civ. c. 2.*

C. 5.

C. 5. §. ult. de procur. in 6. Ubi: minorem 25. annis *procuratorem ad litem*, scilicet judicialem, fieri non posse.

L. 13. de manumiss. vind. Ubi: respectu minoris 20. annis justam quoque manumittendi caussam esse, cum servum *capsarium* manumittere velit. Ibi: *Capsarius, i. e. qui portat libros.*

Lib. I. Tit. 8.

De
His, qui sui vel alieni juris sunt.

L. 1. §. 3. de injur. Ubi *uxor* sub affectu mariti esse dicitur, & personis, sub potestate constitutis, opponitur: atque adeo inde concluditur, uxorem non esse in potestate mariti Legali & juridica, h. e. quoad acquisitionem bonorum.

L. un. C. de emend. serv. Ubi: hodieque dominis in servos permissam esse modicam *castigationem*, virgis, loris, vinculis, exercendam.

Lib. I. Tit. 9.

De
Patria Potestate.

L. un. C. de ingrat. lib. Ubi: emancipatos liberos ingratitudine restitui in patriam potestatem, atque adeo emancipationem nunquam factam esse, sed liberos semper in potestate patria mansisse, fingi. Ibi: *emancipatione rescissa.*

Lib. I. Tit. 10.

De
Nuptiis.

Cap. 3. X. de condit. appos. Ubi: *Sponsalia* sub conditione pecuniæ inferendæ contrahi posse.

L. 6. C. de Judæis. Ubi: eum, qui cum *Judæa* contraxerit nuptias, gladio puniri. Quod tamen hodie non observatur.

L. 5. C. de nupt. Ubi: vel *tacitum* parentum *consensum* sufficere ad nuptias liberorum.

L. ult. §. 14. de grad. & affin. Ubi: *filium* ex aliena familia *matrem, patrem* vero ejusdem *filiam*, uxorem ducere posse. Ibi: *si vir & mulier, ille filiam ejus duxerit, illa filio ejus nupserit.* Licet hic casus

nomina confundat; nam pater est uxoris meæ gener & socer, ejus uxor mea noverca & privigna, adeoque ego sum patris, soceri & vitrici loco.

L. 15. de rit. nupt. Uxorem quondam *privigni* conjungi matrimonio vitrici non oportet, nec in matrimonium convenire novercam ejus, qui *privignæ* maritus fuit.

L. 5. & 8. C. de incest. nupt. *Fratris* uxorem ducendi, vel *duabus sororibus* conjungendi penitus licentiam summovemus, nec dissoluto quocunque modo conjugio.

L. 36. de rit. nupt. Conf. *L. 64. & 66. eod.* Ubi: tutorem non posse *pupillam* ducere in uxorem, nisi redditis prius tutelæ rationibus. Ibi: *ne pupillæ circumscribantur &c.*

Nov. 89. c. 11. pr. Ubi: *Liberos naturales* consentire oportere in legitimationem, alioquin eam non valere. Ibi: *in omnibus ratum habuerint.* Ratio est præjudicium liberorum legitimandorum, ob patriam potestatem, cui per legitimationem subjiciuntur.

L. 11. C. de nat. lib. Ubi: hodie *præcoces*, Frühlinge, früh-zeitige Kinder, h. e. conceptos extra matrimonium, sed natos in matrimonio, esse legitime natos, atque adeo ad objectum legitimationis per subsequens matrimonium non pertinere. Ibi: *non conceptionis, sed partus, tempus inspiciatur.*

Nov. 117. c. 2. Unde: *nominatione* filii filium naturalem non legitimari, sed legitime natum præsumi. Ibi: *circa legitimos & nullam aliam probationem.* It. *monstratur.*

Lib. I. Tit. 11.

De Adoptionibus.

L. 15. §. 2. de adopt. Ubi: regulariter *minorem 60. annis* non posse adoptare, sed procreationi liberorum studere debere.

L. 35. eod. Unde: Jure Civili *nobilitatem* conferri per adoptionem. Ibi: *dignitas augetur.*

L. 39. de jur. dot. Unde: Spadonem, natura talem, matrimonium contrahere posse. Ibi: *quia est matrimonium.* vid. Gothofr. *ibid.*

L. 128. de V. S. Ubi de thlibiis & thlasiis, quorum illis attriti, his exsecti sunt testiculi. (Vulgo thlasios dicimus castratos.)

Lib. I.

Lib. I. Tit. 12.

Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.

L. 22. de his qui not. inf. Ubi: fustigationem non infamare, sed causam.

Nov. 22. c. 8. Ubi *servitus pœnæ* sublata est. Quod intelligendum de libertate, non de civitate.

Nov. 81. c. 1. Unde: Consulatum & quodlibet magisterium militare, eine lebe Officirer-Charge, item Superintenturam filii liberare à patria potestate. Conf. *Auth.* sed Episcopalis, *C. D. Episc. & cleric.*

L. 6. C. de Profess. & Med. Ubi: Doctores Juris liberari ab omnibus muneribus civilibus.

L. penult. & ult. C. de emancipat. Ubi: liberum esse patri, coram Principe, an coram magistratu inferiori, filium emancipare velit

Lib. I. Tit. 13.

De Tutelis.

L. 11. pr. de test. tut. Ubi: quamdiu testamentaria tutela speratur, legitimam cessare. Quod etiam in tutela Electorali procedit.

Lib. I. Tit. 14.

Qui testamento tutores dari possunt.

L. 9. de his, qui sui vel al. jur. Ubi: filiumfamilias in caussis publicis pro patrefamilias haberi.

L. 15. §. 6. de excusat. Ubi: *Judæos* non Judæorum tutores esse posse.

L. 2. C. de his qui ven. æt. impetr. Unde: impetrationem veniæ ætatis minorem exæquare cum majori in negotiis propriis, non alienis, v. c. tutela. Ibi: *qui paternam frugem vel avorum patrimonium, i. e. res proprias, gubernare cupiunt.*

L. 16. pr. de test. tut. Ubi: tutorem, filiis datum, æque filiabus datum intelligi.

Dict. L. 16. §. 1. Unde: locutionem singularem indefinitam, v. c. filii, æquipollere locutioni plurali, eidemque universali, scilicet in caussa favora-

favorabili, respectu eorum, qui nominati sunt, veluti in tutela; non similiter in materia odiosa & exorbitante, v. c. exhæredationis. Ibi: *magis autem est, ut omnibus dedisse videatur.*

Lib. I. Tit. 15.

De

Legitima agnatorum tutela.

Auth. matri & aviæ C. quand. mul. Ubi: matrem & aviam, deficientibus tutoribus testamentariis, admitti ad tutelam, imo omnibus aliis legitimis tutoribus præferri (1) volentes, ibi: *permittimus.* (2) antegressa renunciatione secundarum nuptiarum & SCti Vellejani. Ibi: *etiam ante agnatos, si inter gesta renunciaverit.*

L. 22. C. de admin. tut. Unde: secundis nuptiis præsumi mutatam esse affectionem maternam. Ibi: *contra fœminas immoderatas atque intemperantes, quæ plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam, addicunt.*

Lib. I. Tit. 20.

De

Attiliano tutore, & eo, qui ex Lege Julia & Titia dabatur.

L. 21. §. 2. de excus. Unde: (1) Dationem, a Magistratu domicilii simpliciter & indefinite factam, regulariter in consequentiam personæ, ad bona, etiam alibi sita, extendi. Ibi: *ad universum patrimonium datus est.* (2) Magistratum loci, ubi bona pupilli sita sunt, tutorem, a solo magistratu domicilii constitutum, repellere posse, atque adeo regulam *no. 1.* dictam valere, quoad magistratus loci non contradixerit. Ibi: *& ideo illarum rerum dabunt tutores in Provincia Præsides ejus.*

Lib. I. Tit. 21.

De

Auctoritate tutorum.

L. 1. §. 2. de administr. tut. Ubi: in negotiis judicialibus liberum esse tutori, utrum solus, nomine pupilli, experiri velit, an pupillum exhibere, eidemque auctoritatem accommodare. Ibi: *Licentia igitur*

igitur erit, utrum malint ipsi suscipere judicium, an pupillum exhibere, ut, ipsis auctoribus, judicium suscipiatur.

L. 13. §. 27. de act. emt. vend. Unde: in contractu claudicante, h. e. quoties contractus ab una solum parte, non ab utraque, obligat, illi, qui obligatus est, contra alterum, non æque obligatum, competere actionem, ut declaret, velitne implere contractum, an ab illo recedere. Ibi: *hactenus ut aut stetur emtioni, aut discedatur.*

L. 25. de fidejussorib. Unde: cum quis fidejubet pro aliquo, quem scit, vel scire debet, non obligari posse, non tam fidejubendi, quam donandi, animo se obligasse præsumi: Ibi: *magis est, ut ei non subveniatur.*

L. 3. de auct. & consens. tut. & cur. Unde: auctoritatem tutoris expresse, atque adeo verbis, interponendam esse. Ibi: *cum se probare dicat id, quod agitur, hoc enim est auctorem fieri.*

L. ult. C. de auctorit. præst. Ubi: (1) unius ex pluribus tutoribus, indivisim constitutis, auctoritatem sufficere. Ibi: *unius tutoris auctoritatem sufficere, ubi nondum divisa est administratio.* (2) tutoribus divisim constitutis, illius auctoritatem necessariam esse, qui administrat partem, de qua agitur. Ibi: *necesse est singulorum pro suis partibus vel regionibus.* (3) eo casu, cum agitur de communi tutelæ negotio, veluti de dissolvenda tutela, omnium tutorum, sive divisim sive indivisim constitutorum, auctoritatem requiri. Ibi: *si non res, qua agitur, solutionem faciat ipsius tutela.*

Lib. I. Tit. 22.

Quibus modis tutela finitur.

L. 1. pr. de fidei. tut. Unde: in negotiis personalibus, h. e. in quibus singularis personæ industria electa est, veluti in tutela, societate, hæredem defuncti, v. c. socii, (1) debere res, a defuncto cœptas, absolvere. (2) ultra dolum & latam culpam non teneri. Ibi: *inchoata explicari debent.* It. *dolus ejus admitti potest. Conf. L. 40. pro socio.*

Lib. I. Tit. 23.

De Curatoribus.

L. 101. de V. O. Unde: minorem toties sine curatore obligari; quoties

quoties negotium ejusdem personam attingit, v. c. matrimonium. Ibi: *sine curatoribus suis possunt obligari.*

L. 1. C. de his, qui ven. at. Ubi: minorem, impetrata ætatis venia, in integrum restitui non posse. Ibi: *non posse, manifestissimum est.* Quod quidem intelligendum est, quod ad actus præteritos; nam, quod ad actus futuros, licita est minori petitio restitutionis contra impetratam a se veniam. Ibi: *ne hi, qui cum eis contrahunt, circumscripti esse videantur.*

L. 2. § 1. in fin. C. eod. Ubi: minorem, impetrata ætatis venia, administrare quidem bona sua posse, sed non alienare, aut obligare, immobilia Ibi: *ita tamen, ut prædia sine decreto non alienent.*

L. 11. C. de procurat. Ubi: pupillum, minoremve, tutore, curatoreve, interveniente, procuratorem; at solum tutorem, curatoremve, tantum actorem constituere. Ibi: *actorem constituere*, it. *procuratorem ordinare.* Differentia est in effectu: nam procurator etiam actus magni momenti, v. c. delationem jurisjurandi, recognitionem documentorum, expedire potest; non similiter actor.

Lib. I. Tit. 24.

De

Satisdatione tutorum, vel curatorum.

L. 4. §. 8. de fideic. libert. Ubi: vocabulo: *cautionis idoneæ*, eines genugsamen Vorstandes, intelligi cautionem fidejussoriam, aut pignoratitiam. Ibi: *quid est idoneè? satisdato utique, aut pignoribus datis. Conf. L. 59. § ult. mandat.*

L. 3. C. de V. & R. S. Ubi: vocabulo: *cautionis*, Vorstandes, absolute & sine additamento: *idoneæ*, posse intelligi nudam promissionem. Ibi: *minime fidejussionem, sed nudam promissionem, significari.*

L. 19. ad municipal. Unde: plura suffragia concludere, scil. in negotiis, communibus universitati, qua tali. Ibi: *quod major pars Curiæ effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint.*

L. 11. de servit. præd. rust. Unde: plura suffragia non concludere, sed omnium ac singulorum requiri, quoties agitur de negotio, communi pluribus, ut singulis competente. Ibi: *non aliter meum fiet jus, quam si omnes cedant.*

L. 20. C. de administ. tut. Ubi: pupillo, minorive, in bonis tuto-

ris.

ris, curatorisve, competere hypothecam tacitam. Ibi: *tanquam pignoris titulo obligata.* Quæ causa est, quamobrem hodie satisdatio non exigi soleat.

Lib. I. Tit. 25.

De

Excusationibus tutorum vel curatorum.

L. 3. §. 6. de muner. Ubi: ætatem 70. annorum, & numerum quinque liberorum, excusare ab omnibus muneribus personalibus. Ibi: *a muneribus civilibus excusetur.*

L. 5. § 2. de jur. immun. Unde: numerum liberorum 16. excusare a muneribus, etiam patrimonialibus, sive realibus. Ibi: *quia 16. pueros.*

L. 24. C. de Decurionib. Unde nonnulli colligunt, vel 12. liberorum numerum sufficere. Ibi: *12. liberorum.*

Nov. 72. c. 1. & 4. Ubi: hodie creditorem, debitoremque, pupilli, & minoris, nullo modo posse fieri tutorem, aut curatorem. *cap. 1.* ibi: *hunc non omnino ad curatorem, vel si a legibus vocetur, accedere.* *cap. 4.* Ibi: *omni actione se casurum.* It. *non possit redhibitionibus* &c. *Conf. Decis. 34.*

Auth. ad hæc, C. quand. mul. tut. Ubi: matrem & aviam, creditrices, aut debitrices, salvo jure, ad tutelam, vel curam, liberorum esse admittendas. Ibi: *admittitur, debito in sua natura durante.*

L. 3. C. de Profess. & Med. Ubi: *Poëtæ nulla immunitatis prærogativa juvantur.*

Lib. I. Tit. 26.

De

Suspectis tutoribus, vel curatoribus.

L. 4. §. 2. de suspect. tut. Unde: in actionibus famosis reum condemnatum, non expressa in sententia causa doli, non fieri infamem. Ibi: *si non significaverit causam remotionis Decreto suo, hunc integræ esse famæ.*

L. 2. in fin. C. de alim. pup. præst. Unde: neminem vento vivere. Ibi: *quasi vento vixerit.* addit Glossa: *ut lupus.*

L. 55. §. 1. de administr. tut. Unde: administratorem, perfide agen-

agentem, mitius puniri, quam furem. Ibi: *non tam, invito domino, contrectare, quam perfide agere.*

Lib. II. Tit. I.
De
Rerum divisione & acquirendo ipsarum dominio.

L. 24. §. ult. de damn. infect. Unde: rebus publicis uti licere, v. c. in flumine publico exstruere molendinum, etiam cum incommodo alterius, scilicet privative, i. e. per quod alteri lucrum adimitur, aut imminuitur; non item positive. Ibi: *neque enim existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua jure meo usus sum.* &c.

L. 26. eod. Ibi: *quia non debeat videri is damnum facere, qui eo veluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur, multumque interesse, utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur.*

L. 21. & auth. seq. praeterea &c. *C. de SS. Eccl.* Ubi: rerum sacrarum & ecclesiasticarum alienationem obligationemque prohibitam esse, exceptis casibus necessitatis & pietatis. Ibi: *si necessitas fuerit in redemptione captivorum.*

L. 44. de religios. Ubi: cum in diversis locis corpus sepultum est, illum tantum locum religiosum esse, ubi caput conditum est. Ibi: *ubi, quod est principale, conditum est, i. e. caput, cujus imago fit, inde cognoscimur.*

L. 1. pr. de O. & A. Ubi: jus ad rem, sive obligationem, regulariter nasci ex contractu, vel delicto, utroque vero vel quasi; interdum vero ex caussis, sive factis obligatoriis, quae nec ad contractum, nec ad delictum, referri possunt. Ibi: *aut ex contractu, aut ex maleficio, aut ex variis caussarum figuris.*

L. 20. C. de pact. Ubi: traditione, non contractu, dominium aliudve jus in re, transferri. Ibi: *traditionibus, non nudis pactis.* Intellige traditionem non nudam, sed cum titulo sive caussa, ad transferendum dominium habili, conjunctam.

L. 31. pr. de A. R. D. Ibi: *nunquam nuda, sed ita, si venditio, aut aliqua justa caussa praecesserit.*

L. 15. C. de R. V. Unde: quoties res duobus distrahitur, v. c. venditur, intelligi successive; toties eum, cui res prius tradita est, non eum, cui prius vendita est, potiorem esse, atque adeo jus in re fortius esse jure

jure ad rem. Ibi: *manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem.*

L. 55. de A. R. D. Ubi: feram illaqueatam non fieri ejus, qui rete posuit, nisi ita hæserit, ut expedire se non possit. Ibi: *utrum in eo casu ita hæserit aper, ut expedire se non possit ipse, an, diutius luctando, expediturus se fuerit.*

L. 3. §. 14. de acqv. vel amitt. poss. Ubi: ne circumspeptionem sylvæ quidem sufficere ad capiendum.

L. 52. §. 20. in fin. de furt. Unde: eum, qui equum alienum, invito Domino, in equam suam immisit, actione in factum teneri ad equimentum, id est, mercedem. Ibi: *si minus, in factum agendum.*

L. 5. §. 3. de R. V. Ubi: dominum pristinum agere posse utili rei vindicatione, ad æstimationem fundi sui avulsi. Ibi: *utilem in rem actionem.*

L. 12. §. 3. ad exhib. Unde: ad effectum consequendi dominii novæ speciei non reducibilis necessariam esse bonam fidem. Ibi: *ad exhibendum actione tenebitur.*

L. 3. § penult. ad exhib. Unde: ei, qui bona fide in alienam chartam meditationes suas conjecit, si quidem ejus graviter intersit, adversus dominum chartæ, eundemque possessorem, competere actionem in factum, data scil. chartæ æstimatione. Ibi: *in factum igitur mihi actionem competere.*

L. 109. de V. S. Unde: bonam fidem negative, non positive, capiendam esse, atque adeo non requirere certam possessoris fiduciam, sed in sola ignorantia, rem alienam esse. Ibi: *qui ignoravit, eam rem alienam esse.*

L. 48. pr. de A. R. D. Unde: bonæ fidei possessorem, percipiendo fructus non solum industriales, sed etiam naturales, suos facere. Ibi: *non tantum eos, qui diligentia & opera pervenerunt, sed omnes, quia, quod ad fructus attinet, loco domini pene est.*

L. 22. C. de R. V. Unde: malæ fidei possessorem omnes fructus, atque adeo etiam percipiendos, restituere debere: Ibi: *omnes fructus. Percipiendi vero dicuntur, qui honeste ab ipso vero domino potuerunt percipi, non qui a malæ fidei possessore. Conf.*

L. 33. de R. V. Ibi: *Sed & qui percipi honeste potuerunt.*

L. 5. C. de malef. & Mathem. Ubi: eum, qui artibus Magicis utitur, capite plectendum esse. Ibi: *supplicio capitis ferietur.*

Nov. 136. c. 3. §. si tamen &c. Unde: argentarios (quibus hodie

similes sunt campsores publici) retinere dominium rei venditæ, etiam fide de pretio habita, wenn sie gleich creditiret haben. Ibi: *tunc liceat ipsis hæc tanquam sua vindicare.*

L. 43. §. 1. de jur. dot. Ubi sedes traditionis fictæ per brevem manum. Ibi: *brevi manu.*

L. 79. de solut. Ubi sedes traditionis fictæ per longam manum. Ibi: *longa manu.* *Conf. L. 51. de acq. l. am. poss. L. 1. C. de donat.* ubi exempla.

Lib. II. Tit. 2.

De Rebus corporalibus & incorporalibus.

L. 17. §. 7. de act. emt. Unde: res, sua natura mobiles, toties pro immobilibus haberi, quoties ad rem immobilem perpetui usus caussa destinatæ sunt. Ibi: *ea, quæ perpetui usus caussa in ædificiis sunt, ædificii esse.* Quod notandum est tum contra Carpzovium, tum contra inveteratam contrahendi consvetudinem, qua supponitur, eas demum res esse rei immobilis pertinentias, quæ cum re immobili firmiter cohæreant, was Erd- Nied- und Nagelfest ist. Immo vero ad ejusmodi pertinentias sufficit vel sola destinatio, eaque in actum deducta, non similiter requiritur firma cohæsio.

Lib. II. Tit. 3.

De Servitutibus prædiorum.

L. 15. §. 1. de servit. Ubi: servitutem ex parte subjecti servientis consistere non in faciendo, sed vel in patiendo, vel in non-faciendo. Ibi: *servitutum non ea natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur, aut non faciat.*

L. 20. §. 5. de S. P. V. Ubi: stillicidium altius tolli posse. Ibi: *stillicidium altius tolli potest.* Quæ tamen lex, licet ratione non careat, usu non servatur. Quemadmodum respondit Facultas Vitembergensis.

L. 8. §. 5. si servit. vind. Ubi: *in suo alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.*

Lib. II.

Lib. II. Tit. 4.

De

Usufructu.

L. 14. C. de usufr. Unde: conventionem, ut res sua natura personalis, atque adeo ad hæredes non transiens, ad hæredes transeat, capiendam esse de hæredibus primi gradus, non ulterioribus. Ibi: *una cum harede.*

Lib. II. Tit. 6.

De

Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.

Cap. ult. X. de præscript. Unde: jure Canonico nec ad præscriptionem actionum personalium necessariam esse bonam fidem. Ibi: *rei alienæ.* Quibus verbis res in sensu excellentiori, atque adeo corporalis, intelligenda est.

L. 2. C. de annal. except. Unde: jure novo præscriptionem interrumpi sola contestatione, eaque vel coram judice, vel testato, i. e. coram notario vel testibus facta, & adversæ parti insinuata. Ibi: *& hoc in querimoniam deducere.* It. *Liceat ei proponere publice cum tabulariorum subscriptione.* Conf.

Nov. 119. c. 7. Ibi: *non contestatus fuerit. Vid. Resolut. Tit. de jurej pag. 54.*

L. 2. C. de furt. Ubi: rem furtivam, non refuso pretio, ohne Entgeld, etiam a b. f. possessore vero domino restituendam esse. Ibi: *incivilem rem desideratis* &c. adjecta cautela, ibi: *curate igitur cautius mercari.*

L. 2. pr. C. de quadr. præscr. Ubi: emtorem rei alienæ, a Fisco venditæ, statim ejusdem fieri dominum; domino vero autem intra quadriennium competere actionem contra Fiscum ad pretium. Ibi: *ne posse contra emtores aliquas actiones moveri, data volentibus licentia intra quadriennium contra ærarium actiones exercere.*

Lib. II.

Lib. II. Tit. II.

De

Militari testamento.

Recess. Imp. de an. 1512. Tit. von Testamenten §. und sollen rc. Ubi: milites, so in Ubung des Streits, sine testibus testari posse; eos vero, so zu Felde seyn, coram duobus testari debere; denique eos, so in denen Besatzungen oder Winter-Quartieren liegen, regulariter coram septem testibus testari oportere. Cæterum *Recess. Imp.* milites indistincte vocat Ritter, ab officio, weil sie sich ritterlich halten sollen.

L. 10. C. qui testam. fac. poss. Ubi Justinianus sibi persvaderi passus est, eum, qui natura surdus est, posse eloqui. Ibi: *quia scimus, quosdam Jurisperitos & hoc subtilius cogitasse, &, nullum esse, exposuisse, qui penitus non exaudiat, si qui supra cerebrum illius loquatur.*

L. 41. §. 1. de testam. mil. Ubi: militem focariæ suæ in testamento aliquid relinquere non posse. Ibi: *mulier, in quam turpis suspicio cadere potest, non ex testamento militis aliquid capere potest.*

Lib. II. Tit. 12.

Quibus non est permissum facere testamentum.

Nov. Leon. 39. Ubi: valere prodigi testamentum, in quo bene consuluit posteritati, i. e. disposuit inter illos, qui alioquin ab intestato erant successuri. Ibi: *Quæ vero ad utilitatem spectent, suscipiantur, atque nequaquam reprobentur. Quid enim* &c. quibus verbis explicatio continetur. Cæterum hæc ipsa Novella usu fori recepta est; præsertim cum non tam Juri Civili contradicat, quam potius indefinite loquens limitet atque declaret.

Lib. II. Tit. 13.

De

Exhæredatione liberorum.

Nov. 115. c. 3. §. 2. Ubi: ob gravem & inhonestam injuriam liberos a parentibus exhæredari posse. Quibus verbis cum contineatur genus,

genus, consequitur, sub eodem varias intelligi species, arbitrio judicis æstimandas, atque adeo hactenus, scil. ducto a genere ad species argumento, similes ingratitudinis caussas esse admittendas, e. g. *filia, citra consensum nubens*, item *filia impragnata*, item *filius prodigus*.

L. 18. de liber. & posth. Unde: exhæredationem liberorum a parentibus fieri posse bona mente. Ibi: *non nota caussa, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant.* Quæ quidem species hodieque valet, propterea, quod *Nov. 115.* solum intelligenda sit de exhæredatione noxia, h. e. quæ fit a parentibus iratis, cujusmodi quoque in dubio præsumitur; quamobrem, ut valeat exhæredatio, bona mente facta, necesse est, in testamento exprimi necessitatem & caussam judicii testatoris.

L. 27. C. de inoff. testam. Ubi: testamentum fratris, sororisve, scripto hærede infami, vel jure, vel facto, vel levis notæ macula aspersо, a fratre, sororeve, querela inofficiosi testamenti impugnari posse. Ibi: *si scripti hæredes infamia vel turpitudinis, vel levis notæ macula adspergantur.*

Lib. II. Tit. 14.

De
Hæredibus instituendis.

L. 13. pr. de hæred. instit. Ubi: hærede uno, vel pluribus disjunctim, reliquis vero collective, scriptis, hæreditatem ita dividi, ut collective scripti pro una persona habeantur, nisi eisdem particula: *æque*, jugleich, aut similis, addita sit, nam tum pariter ex æquis partibus censentur instituti. Ibi: *omnes ex virilibus partibus institutos.*

L. 4. §. 1. de stat. lib. Unde: conditionem, facto impossibilem, institutioni, vel legato, adscriptam, implendam esse, atque adeo, eadem non impleta, institutionem & legatum corruere. Ibi: *sic enim libertas inutiliter datur, quia nec animus danda libertatis est.*

L. 10. pr. de condit. & demonstr. Unde: conditionem potestativam, eamque non reiterabilem, æque ac casualem & mixtam, hæredis institutioni, aut legato, adscriptam, quocunque tempore, atque adeo, non minus vivo, quam mortuo, testatore, impleri posse. Ibi: *& ideo si, vivo testatore, nupserit, impleta conditio videtur.*

L. 5. §. 5. quand. dies leg. Unde: quoties implementum conditionis impeditur facto tertii, in cujus persona implenda erat, aut cujus interest, eandem non impleri, (hæredis ab intestato) toties conditionem

pro impleta haberi. Ibi: *sed aut per hæredem, aut per ejus personam in cujus persona jussus est parere, conditioni dies cedit, quoniam pro impleta habetur.*

Lib. II. Tit. 15.

De Vulgari substitutione.

L. 76. ad SC. Trebell. Unde: substitutionem, in codicillis factam, ex benigna interpretatione sustineri in vim fideicommissi, it, ut hæres ab intestato rogatus esse intelligatur, ut hæreditatem, ab intestato aditam, detracta quarta Trebellianica, restituat substituto. Ibi: *benigna interpretatione placet, ut mater, quæ ab intestato pupillo succedit, substitutis fideicommisso obligetur.*

L. 4. pr. & §. 2. vers. hoc itaque casu &c. *de vulg. & pup. subst.* Unde: substitutionem expressam vulgarem tacite continere pupillarem, &, vice versa, pupillarem expressam tacite continere vulgarem. Amplius in ultimis voluntatibus casum non expressum, ad eundem finem tendentem cum expresso, sub hoc contineri. v. c. casum expressum complecti tacite casum noluntatis, &, vice versa, casum expressum noluntatis tacite complecti casum impotentiæ. *pr.* Ibi: *in utrumque casum* &c. §. 2. Ibi: *in utrumque eventum*, item: *utraque substitutio.*

L. 164. §. 1. de V. S. Unde: vocabulo: *partis*, indefinite posito, regulariter intelligi dimidiam. Ibi: *sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.* Quod intelligendum est de dispositione juris, non similiter de dispositione hominis.

Lib. II. Tit. 16.

De Pupillari substitutione.

L. 8. §. 5. de inoff. testam. Unde: substitutionem pupillarem expressam etiam matrem excludere a legitima. Ibi: *sed nec impuberis filii mater inofficiosum dicit testamentum, quia pater ei hoc fecit.*

L. ult. C. de instit. & substit. Unde: substitutionem pupillarem tacitam matrem non excludere, sed potius a matre ejusmodi substitutum excludi. Ibi: *si enim suæ substantiæ partem uxori dereliquerit, multo magis & luctuosam hæreditatem ad matrem venire curavit.*

L. 5.

L. 5. qui testam. fac. poss. Ubi: eum, qui ultimum anni decimi quarti diem attigit, testari posse. Ibi: *plus arbitror, etiamsi pridie Calendarum fecerit post sextam horam noctis, valere testamentum.* Ex quo consequitur, substitutionem pupillarem exspirare eo casu, cum filius impubes prædictum diem attigit saltem, licet non compleverit.

L. 7. de vulg. & pup. subst. Ubi: substitutionem, a pagano ultra pubertatem factam, ne quidem in vim fideicommissi valere, nisi vel ex loco, vel ex verbis, constet de animo fideicommittendi. Ibi: *frustra fieri convenit.* Item: *verbis civilibus.* i. e. directis.

L. 15. de vulg. subst. Ubi: militem ex privilegio etiam ultra pubertatem directo substituere posse, ita tamen, ut substitutus tantum capiat bona testatoris, non filii, propria. Ibi: *directo substituit.* Item: *post eam autem ætatem ex privilegio militum patris duntaxat.*

L. 9. C. de Imp. & al. subst. Unde: (1) parentes sine discrimine, atque adeo etiam matrem, quasi pupillariter substituere posse. Ibi: *humanitatis intuitu parentibus.* (2) filio, mente capto, aut furioso, etiam unum ex ejusdem liberis quasi pupillariter substitui posse. Ibi: *unum, vel certos, vel omnes.* Quod ita intelligendum, modo reliquis liberis salva maneat legitima. (3) substitutionem quasi pupillarem, ea demum resipiscentia evanescere, quæ sit durabilis ad mortem. Ibi: *mentecaptus vel mentecapta perpetua.* Item: *si postea resipuerint.*

Lib. II. Tit. 17.

Quibus modis testamenta infirmentur.

L. 6. §. 2. de jur. Codicill. Unde: testamento posteriore prius rumpi, etiamsi in priore declaraverit testator, se nolle valere testamentum, deinceps a se factum. Ibi: *valent tamen facti ab eo codicilli.*

L. 22. pr. de legat. III. Unde: eo casu, cum testamentum prius posteriusque una continetur scriptura, testamentum posterius priori tum demum derogare, cum posteriore expressis verbis prius revocetur. Ibi: *sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit* &c. Secus itaque est, ubi in diversa scriptura alioque tempore conditum est testamentum; tum enim eo prius rumpitur, licet priore contineatur clausula derogatoria, eademque posteriore testamento expressis verbis non revocetur.

L. 21. §. 3. C. de testam. Ubi: testamento posteriore, quo hæres, ab intestato veniens, institutus est, rumpi prius, licet posterius sit imperfe-

perfectum, modo sit coram 5. testibus conditum. Ibi: *nisi forte* &c. *in secunda voluntate eos scribere instituit testator, qui ab intestato ad hereditatem ejusdem vocantur* &c. in qua voluntate 5. testium juratorum depositiones sufficiunt.

L. penult. §. ult. de B. P. secund. Tabb. Unde: jure Prætorio reconvalescere testamentum, testatoris capitis deminutione irritum factum, si deinceps ad priorem statum redeat, modo voce coram duobus testibus aut scripto de novo declaraverit, se velle decedere eodem testamento. Ibi: *plane si sui juris effectus, codicillis, aut aliis literis, eodem testamento se mori velle, declaraverit, voluntas, quæ defecerat, judicio recenti redisse intelligetur,*

L. 27. C. de testam. Ubi: testamentum revocatione verbali coram actis publicis aut 7. testibus non infirmari, nisi decennium a tempore conditi testamenti, vivo testatore, fuerit elapsum. Ibi: *& hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta, manifestaverit, & decennium fuerit emensum* &c.

Lib. II. Tit. 18.

De
Inofficioso testamento.

L. 30. pr. C. de inoff. testam. Ubi: in testamento parentum, aut liberorum, relicto eo, quod minus est legitima, condictionem ex illa lege competere ad supplementum. Ibi: *id, quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam eam sine ullo gravamine vel mora exigere.*

L. 32. C. de inoff. test. Ubi: onus qualecunque, legitimæ adjectum, pro non adjecto haberi. Ibi: *ipsa conditio vel dilatio, vel alia dispositio, moram, vel quodcunque onus, introducens, tollatur.*

Lib. II. Tit. 19.

De
Hæredum qualitate & differentia.

L. ult. C. de repud. hæred. Ubi: suos hæredes, si majores sint, posse intra triennium post abstentionem repetere hæreditatem, sin minores, integrum septennium, a die majorennitatis computandum, habere, ad repetendam hæreditatem, modo bona nondum sint distracta. Tum enim

enim major statim excluditur, minor vero tantum intra quadriennium post majorennitatem, in integrum restituitur. Ibi: *si quidem res jam vendita sunt, ut nullus aditus ei ad hareditatem reservetur. Sin autem alienata non sunt, si quidem major, intra trium annorum spatium ei detur licentia, sin autem minor, tunc, post impletum quadriennium, aliud triennium ei indulgeri.* It. *nisi forte* &c.

L. 8. C. de suis & legit. lib. Unde: hæredes suos hæreditatem, nondum aditam, sive ante immixtionem decedentes, transmittere ad quoscunque hæredes. Ibi: *hares extitit sua, & ad te transmisit successionem.* Quæ lex sedes est transmissionis naturalis, quæ fit jure suitatis.

L. un. C. de his, qui ant. ap. tab. Ubi: liberos non suos hæredes, i. e. emancipatos, hæreditatem, nondum aditam, transmittere ad solos descendentes. Ibi: *in liberos suos* &c. *posse transmittere.* Quæ species appellatur Theodosiana, & fit jure sanguinis.

L. 19. C. de jur. delib. Ubi: hæredem qualemcunque, intra annum deliberandi decedentem, hæreditatem, non aditam, sive jus deliberandi, in quoscunque hæredes transmittere, pro rata temporis residui. Ibi: *si quis vel ex testamento vel ab intestato* &c. *prædictum arbitrium in successionem suam transmittat, ita tamen, ut unius anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa.* Quæ transmissio vocatur Justinianea, & fit jure deliberandi. Cæterum communis opinio eandem coarctat ad eum casum, cum hæres, sciens, hæreditatem sibi esse delatam, decesserit. Ibi; *qui, sciens, hareditatem sibi esse delatam, decesserit.* Verum intelligendum est, prædictis verbis scientiam requiri, non quod ad effectum transmissionis, sed quod ad cursum anni deliberandi, ut enim hæreditas, etiam ignoranti delata, transmittatur, æquitas urget. *L. 86. de acqv. vel omitt. hared.* Ibi: *ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant,* quæ stricto jure non competit. Item humanitatis gratia saltem annum deliberandi ex die scientiæ currere, statuit Justinianus *cit. L. 9.*

Lib. II. Tit. 20.

De

Legatis.

L. 10. C. de Legat. Ubi: legatum rei alienæ, relictum conjunctæ personæ, præceptori, alumno, aut amico singulari, valere indistincte, i. e. sive scivierit testator rem esse alienam, sive ignoraverit. Ibi: *nisi proxi-*

proxime personæ, vel uxori, l. alii tali personæ, datum sit, cui legaturus esset, etsi scisset, rem alienam esse.

L. un. §. 11. C. de caduc. toll. Ubi: portionem deficientis conjuncti accrescere alteri, eodem conjunctionis genere conjuncto, & quidem cum onere; portionem vero deficientis disjuncti (scil. verbis, atque adeo re tantum conjuncti) accrescere omnibus, atque adeo etiam iis, qui inter se vel verbis tantum, vel mixtim, conjuncti sunt, ita tamen, ut verbis tantum, item mixtim, conjuncti unius personæ vice funguntur, atque adeo unam partem consequantur & quidem sine onere. Ibi: *siquidem conjunctim pro sua portione quisque, si vero pars quædam deficiat, eam omnibus pro virili portione, cum omni suo onere, accrescere. Sin autem disjunctim* &c. *Sin autem ad deficientis personam onus fuerit collatum, hoc non* &c.

L. 47. §. 4. & 5. de legat. I. Unde: in re legata ab hærede præstandam esse regulariter culpam levem. *dict. §. 4.* Ibi: *culpa hæredis.* Interdum vero etiam levissimam, puta, si ipse hæres in rebus suis sit diligentissimus. *dict. §. 5.* Ibi: *numquid & diligentia* &c. quod verius est.

L. 80. de condit. & demonstr. Unde: etiam in ultimis voluntatibus modum differre a conditione, ita, ut ultima voluntas demum effectum sortiatur, existente conditione, cæteroquin statim vires capiat, modo præstetur cautio de implendo modo. Ibi: *admittimus, cautione oblata, nec enim parem dicemus eum, cum ita datum sit, si* &c. *& eum, cui datum est, ut* &c.

Lib. II. Tit. 21.

De Ademtione & translatione legatorum.

L. 14. §. 1. de adim. l. transf. legat. Unde: ademtionem legati non valere, nisi facta sit coram 5. testibus. Ibi: *quibus ex caussis datio legati inutilis est, ex iisdem caussis etiam ademtio inefficax habetur.* Non obstat *L. 27. C. de fideicommiss.* ibi: *probata.* Resp. intelligi scripturam non simplicem, sed solennem, i. e. 5. testibus stipatam.

Lib. II.

Lib. II. Tit. 22.

De

Lege Falcidia.

Nov. 1. c. 2. §. 2. Unde: prohibitionem quartæ Falcidiæ expresse fieri debere, atque adeo, verbis æquipollentibus factam, non sufficere. Ibi: *si vero expressim designaverit, non velle* &c. Idemque cautum est *Decis. 43.*

Auth. similiter C. ad L. Falcid. Ubi: legatis, ad pias causas relictis, quartam Falcidiam detrahi non posse, idque indistincte. Ibi: *similiter Falcidia cesset in his, quæ ad pias causas relicta sunt.* Nec obstat fons Authenticæ *Nov. 131. c. 12.* namque ibidem non continetur aliqua restrictio, sed solum id indicatur, quod regulariter ab hærede fieri solet, detrectando scilicet solutionem legatorum integrorum.

Lib. II. Tit. 23.

De

Fideicommissariis hæreditatibus & ad SCtum Trebellianum.

Cap. 16. & 18. X. de testam. Ubi: liberos, parentesve, fideicommisso gravatos, Jure Canonico præter legitimam deducere quartam Trebellianicam; quamvis idem illud moribus hodiernis solum valeat in fideicommisso, sub conditione, vel ex die, relicto, non etiam in puro.

L. ult. C. de fideicomm. Ubi: fideicommissum etiam sine testibus valere, cum testator hæredem præsentem rogat, ut alii restituat hæreditatem, eoque casu hæredem fideicommissarium jusjurandum hæredi fiduciario desuper deferre posse, ita tamen, ut eundem prius de calumnia jurare oporteat. Ibi: *si sine scriptura & præsentia testium* &c. *fideicommissum sive universitatis, sive speciale, necesse habere hæredem* &c. *prius jurejurando de calumnia præstito, vel sacramentum subire, vel* &c. *omnimodo exactioni fideicommissi subjacere.*

similes sunt campsores publici) retinere dominium rei venditæ, etiam fide de pretio habita, wenn sie gleich creditiret haben. Ibi: *tunc liceat ipsis hac tanquam sua vindicare.*

L. 43. §. 1. de jur. dot. Ubi sedes traditionis fictæ per brevem manum. Ibi: *brevi manu.*

L. 79. de solut. Ubi sedes traditionis fictæ per longam manum. Ibi: *longa manu.* *Conf. L. 51. de acq. l. am. poss. L. 1. C. de donat.* ubi exempla.

Lib. II. Tit. 2.

De
Rebus corporalibus & incorporalibus.

L. 17. §. 7. de act. emt. Unde: res, sua natura mobiles, toties pro immobilibus haberi, quoties ad rem immobilem perpetui usus caussa destinatæ sunt. Ibi: *ea, quæ perpetui usus caussa in ædificiis sunt, ædificii esse.* Quod notandum est tum contra Carpzovium, tum contra inveteratam contrahendi consvetudinem, qua supponitur, eas demum res esse rei immobilis pertinentias, quæ cum re immobili firmiter cohæreant, was Erdt-Nied-und Nagelfest ist. Immo vero ad ejusmodi pertinentias sufficit vel sola destinatio, eaque in actum deducta, non similiter requiritur firma cohæsio.

Lib. II. Tit. 3.

De
Servitutibus prædiorum.

L. 15. §. 1. de servit. Ubi: servitutem ex parte subjecti servientis consistere non in faciendo, sed vel in patiendo, vel in non-faciendo. Ibi: *servitutum non ea natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur, aut non faciat.*

L. 20. §. 5. de S. P. V. Ubi: stillicidium altius tolli posse. Ibi: *stillicidium altius tolli potest.* Quæ tamen lex, licet ratione non careat, usu non servatur. Quemadmodum respondit Facultas Vitembergensis.

L. 8. §. 5. si servit. vind. Ubi: *in suo alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.*

Lib. II. Tit. 4.

De

Usufructu.

L. 14. C. de usufr. Unde: conventionem, ut res sua natura personalis, atque adeo ad hæredes non transiens, ad hæredes transeat, capiendam esse de hæredibus primi gradus, non ulterioribus. Ibi: *una cum harede.*

Lib. II. Tit. 6.

De

Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.

Cap. ult X. de præscript. Unde: jure Canonico nec ad præscriptionem actionum personalium necessariam esse bonam fidem. Ibi: *rei alienæ.* Quibus verbis res in sensu excellentiori, atque adeo corporalis, intelligenda est.

L. 2. C. de annal. except. Unde: jure novo præscriptionem interrumpi sola contestatione, eaque vel coram judice, vel testato, i. e. coram notario vel testibus facta, & adversæ parti insinuata. Ibi: *& hoc in querimoniam deducere.* It. *Liceat ei proponere publice cum tabulariorum subscriptione.* Conf.

Nov. 119. c. 7. Ibi: *non contestatus fuerit.* *Vid. Resolut. Tit. de jurej pag. 54.*

L. 2. C. de furt. Ubi: rem furtivam, non refuso pretio, ohne Entgeld, etiam a b. f. possessore vero domino restituendam esse. Ibi: *incivilem rem desideratis* &c. adjecta cautela, ibi: *curate igitur cautius mercari.*

L. 2. pr. C. de quadr. præscr. Ubi: emtorem rei alienæ, a Fisco venditæ, statim ejusdem fieri dominum; domino vero autem intra quadriennium competere actionem contra Fiscum ad pretium. Ibi: *nec posse contra emtores aliquas actiones moveri, data volentibus licentia intra quadriennium contra ærarium actiones exercere.*

Lib. II.

Lib. II. Tit. 7.

De
Donationibus.

L. 38. de donat. mort. cauſ. Unde: donationem mortis cauſſa non valere ſine acceptatione donatarii. Ibi: *quo præſens præſenti dat.*

L. 23. de ſolut. Unde: donationem, i. e. remiſſionem debiti, valere, licet a debitore non ſit acceptata. Ibi: *& inviti & ignorantes liberari poſſumus.*

L. 34. de neg. geſt. Unde: toties præſumi donationem; quoties in dante ſubeſt inſignis affectio domeſtica, in accipiente vero ingens neceſſitas vel indigentia. Ibi: *reſpondebatur, aviam jure pietatis de ſuo praſtitiſſe.* Exceptio eſt, niſi acceſſerit proteſtatio. Ibi: *quid enim, ſi etiam proteſtata eſt?* aut mater impenſas factas retulerit in librum debitorum, ins Schuld-Buch, ins Schuld-Regiſter. Ibi: *ſi etiam, in rationem impenſarum ea retuliſſe aviam, apparebit.* Conf.

L. 11. C. eod.

L. 8. C. de revoc. donat. Unde: donationem vel omnium, vel magnæ partis, bonorum, (non rei ſingularis,) revocari, ſupervenientibus donatoris liberis. Ibi: *omnia, vel partem aliquam* &c. It. *& poſtea ſuſceperit liberos, totum revertatur.*

L. un. C. ſi liberal. Imper. Ubi: uno ex donatariis Principis ſine hærede decedente, rem alteri accreſcere. Ibi: *ad conſortem potius ſolatium, quam ad perſonam aliam, pars decedentis perveniat.*

Lib. II. Tit. 8.

Quibus alienare licet, vel non.

L. 25. C. de admin. tut. Unde: debitorem pupilli, minorisve, non aliter planepleneque fieri ſecurum, quam ſi ſolvat, accedente judicis decreto, nullo caſuum diſcrimine, ſolutio fiat ſoli tutori, curatorive, an pupillo, aut minori, cum auctoritate & conſenſu tutoris curatorisve. Ibi: *licere debitoribus ad eos* (intellige tutores & curatores, quos paulo ante commemoraverat Imperator,) *ſolutionem facere, ita tamen, ut prius ſententia judicialis hoc permiſerit.*

L. 4. de pign. act. Ubi diſtincte docetur, quatenus creditori pignoratitio liceat diſtrahere pignus.

Lib. II.

Lib. II. Tit. 9.

Per quas personas cuique acquiritur.

L. 2. de SCto Maced. Ubi: filium familias in castrensi & qs. castrensi peculio haberi pro patre familias. Ibi: *filii fam. in castrensi peculio vice patrum fam. funguntur.*

L. 1. §. 19. & 20. de acq. vel am. poss. Unde: per procuratorem nostrum toties nobis non acquiri; quoties is expresse id agit, ut sibi, aut tertio, acquirat, etsi tradens velit, ut nobis acquiratur. Ibi: *§. 19. non est tibi acquisita possessio. & §. 20. nobis non possunt acquirere.* Conf.

L. 37. §. 6. de acqu. rer. dom. Unde: eo casu nihil actum censeri. Ibi: *nam etsi procuratori meo rem tradideris, ut meam faceres, is hac mente acceperit, ut suam faceret, nihil agetur.*

Lib. II. Tit. 10.

De

Testamentis ordinandis.

L. 19. C. de testam. Ubi: testamentum, Principi oblatum, vel actis judicialibus insertum, sine testibus valere. Ibi: *Sicut ergo securus erit, qui actis cujuscunque judicis* &c. *ita nec* &c. *qui, nobis mediis, & toto jure teste, succedit.*

L. ult. C. de testam. Ubi: in testamento rustici 5. testes sufficere, si plures haberi non possint. Ibi: *homines rustici.* It. *sin autem in illo loco minime inveni fuerint septem testes, usque ad quinque, modis omnibus testes adhiberi, jubemus.*

L. 21 §. 1. C. de testam. Ubi: parentum testamentum inter liberos valere sine testibus, modo probari possit. Ibi: *voluntatem tenere defuncti.*

Cap. 11. X. de testam. Ubi: in testamento ad pias causas sufficere duos testes. Ibi: *tribus aut duobus legitimis testibus requisitis.*

L. 6. §. ult. de B. P. Ubi: notis, ciphris, aliisque obscuris literarum compendiis, conscriptum testamentum non valere. Ibi: *notis scripta tabula non continentur edicto, quia notas literas non esse, Pedius scribit.* Secus est, cum abbreviaturæ, quos vocamus, usu receptæ, atque adeo intelligibiles adhibentur.

Lib. II. Tit. 11.

De

Militari testamento.

Recess. Imp. de an. 1512. Tit. von Testamenten §. und sollen &c. Ubi: milites, so in Ubung des Streits, sine testibus testari posse; eos vero, so zu Felde seyn, coram duobus testari debere; denique eos, so in denen Besatzungen oder Winter-Quartieren liegen, regulariter coram septem testibus testari oportere. Cæterum *Recess. Imp.* milites indistincte vocat Ritter, ab officio, weil sie sich ritterlich halten sollen.

L. 10. C. qui testam. fac. poss. Ubi Justinianus sibi persvaderi passus est, eum, qui natura surdus est, posse eloqui. Ibi: *quia scimus, quosdam Jurisperitos & hoc subtilius cogitasse, &, nullum esse, exposuisse, qui penitus non exaudiat, si qui supra cerebrum illius loquatur.*

L. 41. §. 1. de testam. mil. Ubi: militem focariæ suæ in testamento aliquid relinquere non posse. Ibi: *mulier, in quam turpis suspicio cadere potest, non ex testamento militis aliquid capere potest.*

Lib. II. Tit. 12.

Quibus non est permissum facere testamentum.

Nov. Leon. 39. Ubi: valere prodigi testamentum, in quo bene consuluit posteritati, i. e. disposuit inter illos, qui alioquin ab intestato erant successuri. Ibi: *Quæ vero ad utilitatem spectent, suscipiantur, atque nequaquam reprobentur. Quid enim* &c. quibus verbis explicatio continetur. Cæterum hæc ipsa Novella usu fori recepta est; præsertim cum non tam Juri Civili contradicat, quam potius indefinite loquens limitet atque declaret.

Lib. II. Tit. 13.

De

Exhæredatione liberorum.

Nov. 115. c. 3. §. 2. Ubi: ob gravem & inhonestam injuriam liberos a parentibus exhæredari posse. Quibus verbis cum contineatur genus,

genus, consequitur, sub eodem varias intelligi species, arbitrio judicis æstimandas, atque adeo hactenus, scil. ducto a genere ad species argumento, similes ingratitudinis caussas esse admittendas, e. g. *filia, citra consensum nubens*, item *filia impraegnata*, item *filius prodigus*.

L. 18. de liber. & posth. Unde: exhæredationem liberorum a parentibus fieri posse bona mente. Ibi: *non nota caussa, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant.* Quæ quidem species hodieque valet, propterea, quod *Nov. 115.* solum intelligenda sit de exhæredatione noxia, h. e. quæ fit a parentibus iratis, cujusmodi quoque in dubio præsumitur; quamobrem, ut valeat exhæredatio, bona mente facta, necesse est, in testamento exprimi necessitatem & caussam judicii testatoris.

L. 27. C. de inoff. testam. Ubi: testamentum fratris, sororisve, scripto hærede infami, vel jure, vel facto, vel levis notæ macula asperso, a fratre, sororeve, querela inofficiosi testamenti impugnari posse. Ibi: *si scripti heredes infamia vel turpitudinis, vel levis notae macula adspergantur.*

Lib. II. Tit. 14.

De
Hæredibus instituendis.

L. 13. pr. de hered. instit. Ubi: hærede uno, vel pluribus disjunctim, reliquis vero collective, scriptis, hæreditatem ita dividi, ut collective scripti pro una persona habeantur, nisi eisdem particula: *aeque*, zugleich, aut similis, addita sit, nam tum pariter ex æquis partibus censentur instituti. Ibi: *omnes ex virilibus partibus institutos.*

L. 4. §. 1. de stat. lib. Unde: conditionem, facto impossibilem, institutioni, vel legato, adscriptam, implendam esse, atque adeo, eadem non impleta, institutionem & legatum corruere. Ibi: *sic enim libertas inutiliter datur, quia nec animus danda libertatis est.*

L. 10. pr. de condit. & demonstr. Unde: conditionem potestativam, eamque non reiterabilem, æque ac casualem & mixtam, hæredis institutioni, aut legato, adscriptam, quocunque tempore, atque adeo, non minus vivo, quam mortuo, testatore, impleri posse. Ibi: *& ideo si, vivo testatore, nupserit, impleta conditio videtur.*

L. 5. §. 5. quand. dies leg. Unde: quoties implementum conditionis impeditur facto tertii, in cujus persona implenda erat, aut cujus interest, eandem non impleri, (hæredis ab intestato) toties conditionem

pro impleta haberi. Ibi: *sed aut per heredem, aut per ejus personam in cujus persona jussus est parere, conditioni dies cedit, quoniam pro impleta habetur.*

Lib. II. Tit. 15.

De

Vulgari substitutione.

L. 76. ad SC. Trebell. Unde: substitutionem, in codicillis factam, ex benigna interpretatione sustineri in vim fideicommissi, it, ut hæres ab intestato rogatus esse intelligatur, ut hæreditatem, ab intestato aditam, detracta quarta Trebellianica, restituat substituto. Ibi: *benigna interpretatione placet, ut mater, quæ ab intestato pupillo succedit, substitutis fideicommisso obligetur.*

L. 4. pr. & §. 2. vers. hoc itaque casu &c. *de vulg. & pup. subst.* Unde: substitutionem expressam vulgarem tacite continere pupillarem, &, vice versa, pupillarem expressam tacite continere vulgarem. Amplius in ultimis voluntatibus casum non expressum, ad eundem finem tendentem cum expresso, sub hoc contineri. v. c. casum expressum complecti tacite casum noluntatis, &, vice versa, casum expressum noluntatis tacite complecti casum impotentiæ. *pr.* Ibi: *in utrumque casum* &c. *§. 2.* Ibi: *in utrumque eventum*, item: *utraque substitutio.*

L. 164. §. 1. de V. S. Unde: vocabulo: *partis*, indefinite posito, regulariter intelligi dimidiam. Ibi: *sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.* Quod intelligendum est de dispositione juris, non similiter de dispositione hominis.

Lib. II. Tit. 16.

De

Pupillari substitutione.

L. 8. §. 5. de inoff. testam. Unde: substitutionem pupillarem expressam etiam matrem excludere a legitima. Ibi: *sed nec impuberis filii mater inofficiosum dicit testamentum, quia pater ei hoc fecit.*

L. ult. C. de instit. & subst. Unde: substitutionem pupillarem tacitam matrem non excludere, sed potius a matre ejusmodi substitutum excludi. Ibi: *si enim sua substantia partem uxori dereliquerit, multo magis & luctuosam hæreditatem ad matrem venire curavit.*

L. 5.

L. 5. qui testam. fac. poss. Ubi: eum, qui ultimum anni decimi quarti diem attigit, testari posse. Ibi: *plus arbitror, etiamsi pridie Calendarum fecerit post sextam horam noctis, valere testamentum.* Ex quo consequitur, substitutionem pupillarem exspirare eo casu, cum filius impubes prædictum diem attigit saltem, licet non compleverit.

L. 7. de vulg. & pup. subst. Ubi: substitutionem, a pagano ultra pubertatem factam, ne quidem in vim fideicommissi valere, nisi vel ex loco, vel ex verbis, constet de animo fideicommittendi. Ibi: *frustra fieri convenit.* Item: *verbis civilibus.* i. e. directis.

L. 15. de vulg. subst. Ubi: militem ex privilegio etiam ultra pubertatem directo substituere posse, ita tamen, ut substitutus tantum capiat bona testatoris, non filii, propria. Ibi: *directo substituit.* Item: *post eam autem ætatem ex privilegio militum patris duntaxat.*

L. 9. C. de Imp. & al. subst. Unde: (1) parentes sine discrimine, atque adeo etiam matrem, quasi pupillariter substituere posse. Ibi: *humanitatis intuitu parentibus.* (2) filio, mente capto, aut furioso, etiam unum ex ejusdem liberis quasi pupillariter substitui posse. Ibi: *unum, vel certos, vel omnes.* Quod ita intelligendum, modo reliquis liberis salva maneat legitima. (3) substitutionem quasi pupillarem, ea demum resipiscentia evanescere, quæ sit durabilis ad mortem. Ibi: *mentecaptus vel mentecapta perpetua.* Item: *si postea resipuerint.*

Lib. II. Tit. 17.

Quibus modis testamenta infirmentur.

L. 6. §. 2. de jur. Codicill. Unde: testamento posteriore prius rumpi, etiamsi in priore declaraverit testator, se nolle valere testamentum, deinceps a se factum. Ibi: *valent tamen facti ab eo codicilli.*

L. 22. pr. de legat. III. Unde: eo casu, cum testamentum prius posteriusque una continetur scriptura, testamentum posterius priori tum demum derogare, cum posteriore expressis verbis prius revocetur. Ibi: *sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit* &c. Secus itaque est, ubi in diversa scriptura alioque tempore conditum est testamentum; tum enim eo prius rumpitur, licet priore contineatur clausula derogatoria, eademque posteriore testamento expressis verbis non revocetur.

L. 21. §. 3. C. de testam. Ubi: testamento posteriore, quo hæres, ab intestato veniens, institutus est, rumpi prius, licet posterius sit imperfe-

quoties negotium ejusdem personam attingit, v. c. matrimonium. Ibi: *sine curatoribus suis possunt obligari.*

L. 1. C. de his, qui ven. æt. Ubi: minorem, impetrata ætatis venia, in integrum restitui non posse. Ibi: *non posse, manifestissimum est.* Quod quidem intelligendum est, quod ad actus præteritos; nam, quod ad actus futuros, licita est minori petitio restitutionis contra impetratam a se veniam. Ibi: *ne hi, qui cum eis contrahunt, circumscripti esse videantur.*

L. 2. § 1. in fin. C. eod. Ubi: minorem, impetrata ætatis venia, administrare quidem bona sua posse, sed non alienare, aut obligare, immobilia. Ibi: *ita tamen, ut prædia sine decreto non alienent.*

L. 11. C. de procurat. Ubi: pupillum, minoremve, tutore, curatoreve, interveniente, procuratorem; at solum tutorem, curatoremve, tantum actorem constituere. Ibi: *actorem constituere*, it. *procuratorem ordinare.* Differentia est in effectu: nam procurator etiam actus magni momenti, v. c. delationem jurisjurandi, recognitionem documentorum, expedire potest; non similiter actor.

Lib. I. Tit. 24.

De

Satisdatione tutorum, vel curatorum.

L. 4. §. 8. de fideic. libert. Ubi: vocabulo: *cautionis idoneæ*, cl=nes genugsamen Vorstandes, intelligi cautionem fidejussoriam, aut pignoratitiam. Ibi: *quid est idonee? satisdato utique, aut pignoribus datis. Conf. L. 59. § ult. mandat.*

L. 3. C. de V. & R. S. Ubi: vocabulo: *cautionis*, Vorstandes, absolute & sine additamento: *idoneæ*, posse intelligi nudam promissionem. Ibi: *minime fidejussionem, sed nudam promissionem, significari.*

L. 19. ad municipal. Unde: plura suffragia concludere, scil. in negotiis, communibus universitati, qua tali. Ibi: *quod major pars Curiæ effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint.*

L. 11. de servit. præd. rust. Unde: plura suffragia non concludere, sed omnium ac singulorum requiri, quoties agitur de negotio, communi pluribus, ut singulis competente. Ibi: *non aliter meum fiet jus, quam si omnes cedant.*

L. 20. C. de administ. tut. Ubi: pupillo, minorive, in bonis tutoris,

ris, curatorisve, competere hypothecam tacitam. Ibi: *tanquam pignoris titulo obligata.* Quae causa est, quamobrem hodie satisdatio non exigi soleat.

Lib. I. Tit. 25.

De

Excusationibus tutorum vel curatorum.

L. 3. §. 6. de munerib. Ubi: aetatem 70. annorum, & numerum quinque liberorum, excusare ab omnibus muneribus personalibus. Ibi: *a muneribus civilibus excusetur.*

L. 5. § 2. de jur. immun. Unde: numerum liberorum 16. excusare a muneribus, etiam patrimonialibus, sive realibus. Ibi: *quia 16. pueros.*

L. 24. C. de Decurionib. Unde nonnulli colligunt, vel 12. liberorum numerum sufficere. Ibi: *12. liberorum.*

Nov. 72. c. 1. & 4. Ubi: hodie creditorem, debitoremque, pupilli, & minoris, nullo modo posse fieri tutorem, aut curatorem. *cap. 1.* ibi: *hunc non omnino ad curatorem, vel si a legibus vocetur, accedere. cap. 4.* Ibi: *omni actione se casurum.* It. *non possit redhibitionibus* &c. *Conf. Decis. 34.*

Auth. ad haec. C. quand. mul. tut. Ubi: matrem & aviam, creditrices, aut debitrices, salvo jure, ad tutelam, vel curam, liberorum esse admittendas. Ibi: *admittitur, debito in sua natura durante.*

L. 3. C. de Profess. & Med. Ubi: *Poëta nulla immunitatis praerogativa juvantur.*

Lib. I. Tit. 26.

De

Suspectis tutoribus, vel curatoribus.

L. 4. §. 2. de suspect. tut. Unde: in actionibus famosis reum condemnatum, non expressa in sententia causa doli, non fieri infamem. Ibi: *si non significaverit causam remotionis Decreto suo, hunc integrae esse famae.*

L. 2. in fin. C. de alim. pup. praest. Unde: neminem vento vivere. Ibi: *quasi vento vixerit.* addit Glossa: *ut lupus.*

L. 55. §. 1. de administr. tut. Unde: administratorem, perfide agen-

agentem, mitius puniri, quam furem. Ibi: *non tam, invito domino, contrectare, quam perfide agere.*

Lib. II. Tit. I.
De Rerum divisione & acquirendo ipsarum dominio.

L. 24. §. ult. de damn. infect. Unde: rebus publicis uti licere, v. c. in flumine publico exstruere molendinum, etiam cum incommodo alterius, scilicet privative, i. e. per quod alteri lucrum adimitur, aut imminuitur; non item positive. Ibi: *neque enim existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua jure meo usus sum.* &c.

L. 26. eod. Ibi: *quia non debeat videri is damnum facere, qui eo veluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur, multumque interesse, utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur.*

L. 21. & auth. seq. praeterea &c. *C. de SS. Eccl.* Ubi: rerum sacrarum & ecclesiasticarum alienationem obligationemque prohibitam esse, exceptis casibus necessitatis & pietatis. Ibi: *si necessitas fuerit in redemptione captivorum.*

L. 44. de religios. Ubi: cum in diversis locis corpus sepultum est, illum tantum locum religiosum esse, ubi caput conditum est. Ibi: *ubi, quod est principale, conditum est, i. e. caput, cujus imago fit, inde cognoscimur.*

L. 1. pr. de O. & A. Ubi: jus ad rem, sive obligationem, regulariter nasci ex contractu, vel delicto, utroque vero vel quasi; interdum vero ex caussis, sive factis obligatoriis, quae nec ad contractum, nec ad delictum, referri possunt. Ibi: *aut ex contractu, aut ex maleficio, aut ex variis caussarum figuris.*

L. 20. C. de pact. Ubi: traditione, non contractu, dominium aliudve jus in re, transferri. Ibi: *traditionibus, non nudis pactis.* Intellige traditionem non nudam, sed cum titulo sive caussa, ad transferendum dominium habili, conjunctam.

L. 31. pr. de A. R. D. Ibi: *nunquam nuda, sed ita, si venditio, aut aliqua justa caussa praecesserit.*

L. 15. C. de R. V. Unde: quoties res duobus distrahitur, v. c. venditur, intelligi successive; toties eum, cui res prius tradita est, non eum, cui prius vendita est, potiorem esse, atque adeo jus in re fortius esse

jure

jure ad rem. Ibi: *manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem.*

L. 55. de A. R. D. Ubi: feram illaqueatam non fieri ejus, qui rete posuit, nisi ita hæserit, ut expedire se non possit. Ibi: *utrum in eo casu ita hæserit aper, ut expedire se non possit ipse, an, diutius luctando, expediturus se fuerit.*

L. 3. §. 14. de acqv. vel amitt. poss. Ubi: ne circumseptionem sylvæ quidem sufficere ad capiendum.

L. 52. §. 20. in fin. de furt. Unde: eum, qui equum alienum, invito Domino, in equam suam immisit, actione in factum teneri ad equimentum, id est, mercedem. Ibi: *si minus, in factum agendum.*

L. 5. §. 3. de R. V. Ubi: dominum pristinum agere posse utili rei vindicatione, ad æstimationem fundi sui avulsi. Ibi: *utilem in rem actionem.*

L. 12. §. 3. ad exhib. Unde: ad effectum consequendi dominii novæ speciei non reducibilis necessariam esse bonam fidem. Ibi: *ad exhibendum actione tenebitur.*

L. 3. § penult. ad exhib. Unde: ei, qui bona fide in alienam chartam meditationes suas conjecit, si quidem ejus graviter intersit, adversus dominum chartæ, eundemque possessorem, competere actionem in factum, data scil. chartæ æstimatione. Ibi: *in factum igitur mihi actionem competere.*

L. 109. de V. S. Unde: bonam fidem negative, non positive, capiendam esse, atque adeo non requirere certam possessoris fiduciam, sed in sola ignorantia, rem alienam esse. Ibi: *qui ignoravit, eam rem alienam esse.*

L. 48. pr. de A. R. D. Unde: bonæ fidei possessorem, percipiendo fructus non solum industriales, sed etiam naturales, suos facere. Ibi: *non tantum eos, qui diligentia & opera pervenerunt, sed omnes, quia, quod ad fructus attinet, loco domini pene est.*

L. 22. C. de R. V. Unde: malæ fidei possessorem omnes fructus, atque adeo etiam percipiendos, restituere debere: Ibi: *omnes fructus. Percipiendi vero dicuntur, qui honeste ab ipso vero domino potuerunt percipi, non qui a malæ fidei possessore. Conf.*

L. 33. de R. V. Ibi: *Sed & qui percipi honeste potuerunt.*

L. 5. C. de malef. & Mathem. Ubi: eum, qui artibus Magicis utitur, capite plectendum esse. Ibi: *supplicio capitis ferietur.*

Nov. 136. c. 3. §. si tamen &c. Unde: argentarios (quibus hodie similes

similes sunt campsores publici) retinere dominium rei venditæ, etiam fide de pretio habita, wenn sie gleich creditiret haben. Ibi: *tunc liceat ipsis hæc tanquam sua vindicare.*

L. 43. §. 1. de jur. dot. Ubi sedes traditionis fictæ per brevem manum. Ibi: *brevi manu.*

L. 79. de solut. Ubi sedes traditionis fictæ per longam manum. Ibi: *longa manu. Conf. L. 51. de acq. l. am. poss. L. 1. C. de donat.* ubi exempla.

Lib. II. Tit. 2.

De

Rebus corporalibus & incorporalibus.

L. 17. §. 7. de act. emt. Unde: res, sua natura mobiles, toties pro immobilibus haberi, quoties ad rem immobilem perpetui usus caussa destinatæ sunt. Ibi: *ea, quæ perpetui usus caussa in ædificiis sunt, ædificii esse.* Quod notandum est tum contra Carpzovium, tum contra inveteratam contrahendi consvetudinem, qua supponitur, eas demum res esse rei immobilis pertinentias, quæ cum re immobili firmiter cohæreant, was Erdt-Nied-und Nagelfest ist. Immo vero ad ejusmodi pertinentias sufficit vel sola destinatio, eaque in actum deducta, non similiter requiritur firma cohæsio.

Lib. II. Tit. 3.

De

Servitutibus prædiorum.

L. 15. §. 1. de servit. Ubi: servitutem ex parte subjecti servientis consistere non in faciendo, sed vel in patiendo, vel in non-faciendo. Ibi: *servitutum non ea natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur, aut non faciat.*

L. 20. §. 5. de S. P. V. Ubi: stillicidium altius tolli posse. Ibi: *stillicidium altius tolli potest.* Quæ tamen lex, licet ratione non careat, usu non servatur. Quemadmodum respondit Facultas Vitembergensis.

L. 8. §. 5. si servit. vind. Ubi: *in suo alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.*

Lib. II.

Lib. II. Tit. 4.

De

Usufructu.

L. 14. C. de usufr. Unde: conventionem, ut res sua natura personalis, atque adeo ad hæredes non transiens, ad hæredes transeat, capiendam esse de hæredibus primi gradus, non ulterioribus. Ibi: *una cum harede.*

Lib. II. Tit. 6.

De

Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.

Cap. ult X. de præscript. Unde: jure Canonico nec ad præscriptionem actionum personalium necessariam esse bonam fidem. Ibi: *rei alienæ.* Quibus verbis res in sensu excellentiori, atque adeo corporalis, intelligenda est.

L. 2. C. de annal. except. Unde: jure novo præscriptionem interrumpi sola contestatione, eaque vel coram judice, vel testato, i. e. coram notario vel testibus facta, & adversæ parti insinuata. Ibi: *& hoc in querimoniam deducere.* It. *Liceat ei proponere publice cum tabulariorum subscriptione.* Conf.

Nov. 119. c. 7. Ibi: *non contestatus fuerit.* *Vid. Resolut. Tit. de jurej pag. 54.*

L. 2. C. de furt. Ubi: rem furtivam, non refuso pretio, ohne Entgeld, etiam a b. f. possessore vero domino restituendam esse. Ibi: *incivilem rem desideratis* &c. adjecta cautela, ibi: *curate igitur cautius mercari.*

L. 2. pr. C. de quadr. præscr. Ubi: emtorem rei alienæ, a Fisco venditæ, statim ejusdem fieri dominum; domino vero autem intra quadriennium competere actionem contra Fiscum ad pretium. Ibi: *nec posse contra emtores aliquas actiones moveri, data volentibus licentia intra quadriennium contra ærarium actiones exercere.*

Lib. II.

Lib. II. Tit. 7.

De *Donationibus*.

L. 38. de donat. mort. cauſ. Unde: donationem mortis cauſſa non valere ſine acceptatione donatarii. Ibi: *quo præſens præſenti dat.*

L. 23. de ſolut. Unde: donationem, i. e. remiſſionem debiti, valere, licet a debitore non ſit acceptata. Ibi: *& inviti & ignorantes liberari poſſumus.*

L. 34. de neg. geſt. Unde: toties præſumi donationem; quoties in dante ſubeſt inſignis affectio domeſtica, in accipiente vero ingens neceſſitas vel indigentia. Ibi: *reſpondebatur, aviam jure pietatis de ſuo praſtitiſſe.* Exceptio eſt, niſi acceſſerit proteſtatio. Ibi: *quid enim, ſi etiam proteſtata eſt?* aut mater impenſas factas retulerit in librum debitorum, ins Schuld-Buch, ins Schuld-Regiſter. Ibi: *ſi etiam, in rationem impenſarum ea retuliſſe aviam, apparebit.* Conf.

L. 11. C. eod.

L. 8. C. de revoc. donat. Unde: donationem vel omnium, vel magnæ partis, bonorum, (non rei ſingularis,) revocari, ſupervenientibus donatoris liberis. Ibi: *omnia, vel partem aliquam* &c. It. *& poſtea ſuſceperit liberos, totum revertatur.*

L. un. C. ſi liberal. Imper. Ubi: uno ex donatariis Principis ſine hærede decedente, rem alteri accreſcere. Ibi: *ad conſortem potius ſolatium, quam ad perſonam aliam, pars decedentis perveniat.*

Lib. II. Tit. 8.

Quibus alienare licet, vel non.

L. 25. C. de admin. tut. Unde: debitorem pupilli, minoriſve, non aliter plane pleneque fieri ſecurum, quam ſi ſolvat, accedente judicis decreto, nullo caſuum diſcrimine, ſolutio fiat ſoli tutori, curatorive, an pupillo, aut minori, cum auctoritate & conſenſu tutoris curatoriſve. Ibi: *licere debitoribus ad eos* (intellige tutores & curatores, quos paulo ante commemoraverat Imperator,) *ſolutionem facere, ita tamen, ut prius ſententia judicialis hoc permiſerit.*

L. 4. de pign. act. Ubi diſtincte docetur, quatenus creditori pigneratitio liceat diſtrahere pignus.

Lib. II.

Lib. II. Tit. 9.

Per quas personas cuique acquiritur.

L. 1. de SCto Maced. Ubi: filium familias in castrensi & qs. castrensi peculio haberi pro patre familias. Ibi: *filii fam. in castrensi peculio vice patrum fam. funguntur.*

L. 1. §. 19. & 20. de acq. vel am. poss. Unde: per procuratorem nostrum toties nobis non acquiri; quoties is expresse id agit, ut sibi, aut tertio, acquirat, etsi tradens velit, ut nobis acquiratur. Ibi: *§. 19. non est tibi acquisita possessio. & §. 20. nobis non possunt acquirere.* Conf.

L. 37. §. 6. de acqu. rer. dom. Unde: eo casu nihil actum censeri. Ibi: *nam etsi procuratori meo rem tradideris, ut meam faceres, is hac mente acceperit, ut suam faceret, nihil agetur.*

Lib. II. Tit. 10.

De

Testamentis ordinandis.

L. 19. C. de testam. Ubi: testamentum, Principi oblatum, vel actis judicialibus insertum, sine testibus valere. Ibi: *Sicut ergo securus erit, qui actis cujuscunque judicis* &c. *ita nec* &c. *qui, nobis mediis, & toto jure teste, succedit.*

L. ult. C. de testam. Ubi: in testamento rustici 5. testes sufficere, si plures haberi non possint. Ibi: *homines rustici.* It. *sin autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes, usque ad quinque, modis omnibus testes adhiberi, jubemus.*

L. 21 §. 1. C. de testam. Ubi: parentum testamentum inter liberos valere sine testibus, modo probari possit. Ibi: *voluntatem tenere defuncti.*

Cap. 11. X. de testam. Ubi: in testamento ad pias causas sufficere duos testes. Ibi: *tribus aut duobus legitimis testibus requisitis.*

L. 6. §. ult. de B. P. Ubi: notis, ciphris, aliisque obscuris literarum compendiis, conscriptum testamentum non valere. Ibi: *notis scripta tabulæ non continentur edicto, quia notas literas non esse, Pedius scribit.* Secus est, cum abbreviaturæ, quos vocamus, usu receptæ, atque adeo intelligibiles adhibentur.

Lib. II. Tit. 11.

De

Militari testamento.

Recess. Imp. de an. 1512. Tit. von Testamenten §. und sollen rc. Ubi: milites, so in Ubung des Streits, sine testibus testari posse; eos vero, so zu Felde seyn, coram duobus testari debere; denique eos, so in denen Besatzungen oder Winter-Quartieren liegen, regulariter coram septem testibus testari oportere. Cæterum *Recess. Imp.* milites indistincte vocat Ritter, ab officio, weil sie sich ritterlich halten sollen.

L. 10. C. qui testam. fac. poss. Ubi Justinianus sibi persvaderi passus est, eum, qui natura surdus est, posse eloqui. Ibi: *quia scimus, quosdam Jurisperitos & hoc subtilius cogitasse, &, nullum esse, exposuisse, qui penitus non exaudiat, si qui supra cerebrum illius loquatur.*

L. 41. §. 1. de testam. mil. Ubi: militem focariæ suæ in testamento aliquid relinquere non posse. Ibi: *mulier, in quam turpis suspicio cadere potest, non ex testamento militis aliquid capere potest.*

Lib. II. Tit. 12.

Quibus non est permissum facere testamentum.

Nov. Leon. 39. Ubi: valere prodigi testamentum, in quo bene consuluit posteritati, i. e. disposuit inter illos, qui alioquin ab intestato erant successuri. Ibi: *Quæ vero ad utilitatem spectent, suscipiantur, atque nequaquam reprobentur. Quid enim* &c. quibus verbis explicatio continetur. Cæterum hæc ipsa Novella usu fori recepta est; præsertim cum non tam Juri Civili contradicat, quam potius indefinite loquens limitet atque declaret.

Lib. II. Tit. 13.

De

Exhæredatione liberorum.

Nov. 115. c. 3. §. 2. Ubi: ob gravem & inhonestam injuriam liberos a parentibus exhæredari posse. Quibus verbis cum contineatur genus,

genus, consequitur, sub eodem varias intelligi species, arbitrio judicis æstimandas, atque adeo hactenus, scil. ducto a genere ad species argumento, similes ingratitudinis caussas esse admittendas, e. g. *filia, citra consensum nubens*, item *filia impragnata*, item *filius prodigus*.

L. 18. de liber. & postb. Unde: exhæredationem liberorum a parentibus fieri posse bona mente. Ibi: *non nota caussa, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant.* Quæ quidem species hodieque valet, propterea, quod *Nov. 115.* solum intelligenda sit de exhæredatione noxia, h. e. quæ fit a parentibus iratis, cujusmodi quoque in dubio præsumitur; quamobrem, ut valeat exhæredatio, bona mente facta, necesse est, in testamento exprimi necessitatem & caussam judicii testatoris.

L. 27. C. de inoff. testam. Ubi: testamentum fratris, sororisve, scripto hærede infami, vel jure, vel facto, vel levis notæ macula asperso, a fratre, sororeve, querela inofficiosi testamenti impugnari posse. Ibi: *si scripti heredes infamia vel turpitudinis, vel levis nota macula adspergantur.*

Lib. II. Tit. 14.

De
Hæredibus instituendis.

L. 13. pr. de hered. instit. Ubi: hærede uno, vel pluribus disjunctim, reliquis vero collective, scriptis, hæreditatem ita dividi, ut collective scripti pro una persona habeantur, nisi eisdem particula: *aeque*, zugleich, aut similis, addita sit, nam tum pariter ex æquis partibus censentur instituti. Ibi: *omnes ex virilibus partibus institutos.*

L. 4. §. 1. de stat. lib. Unde: conditionem, facto impossibilem, institutioni, vel legato, adscriptam, implendam esse, atque adeo, eadem non impleta, institutionem & legatum corruere. Ibi: *sic enim libertas inutiliter datur, quia nec animus danda libertatis est.*

L. 10. pr. de condit. & demonstr. Unde: conditionem potestativam, eamque non reiterabilem, æque ac casualem & mixtam, hæredis institutioni, aut legato, adscriptam, quocunque tempore, atque adeo, non minus vivo, quam mortuo, testatore, impleri posse. Ibi: *& ideo si, vivo testatore, nupserit, impleta conditio videtur.*

L. 5. §. 5. quand. dies leg. Unde: quoties implementum conditionis impeditur facto tertii, in cujus persona implenda erat, aut cujus interest, eandem non impleri, (hæredis ab intestato) toties conditionem

pro impleta haberi. Ibi: *sed aut per hæredem, aut per ejus personam in cujus persona jussus est parere, conditioni dies cedit, quoniam pro impleta habetur.*

Lib. II. Tit. 15.

De

Vulgari substitutione.

L. 76. ad SC. Trebell. Unde: substitutionem, in codicillis factam, ex benigna interpretatione sustineri in vim fideicommissi, ita, ut hæres ab intestato rogatus esse intelligatur, ut hæreditatem, ab intestato aditam, detracta quarta Trebellianica, restituat substituto. Ibi: *benigna interpretatione placet, ut mater, quæ ab intestato pupillo succedit, substitutis fideicommisso obligetur.*

L. 4. pr. & §. 2. vers. hoc itaque casu &c. *de vulg. & pup. subst.* Unde: substitutionem expressam vulgarem tacite continere pupillarem, &, vice versa, pupillarem expressam tacite continere vulgarem. Amplius in ultimis voluntatibus casum non expressum, ad eundem finem tendentem cum expresso, sub hoc contineri. v. c. casum expressum complecti tacite casum noluntatis, &, vice versa, casum expressum noluntatis tacite complecti casum impotentiæ. *pr.* Ibi: *in utrumque casum* &c. §. 2. Ibi: *in utrumque eventum,* item: *utraque substitutio.*

L. 164. §. 1. de V. S. Unde: vocabulo: *partis*, indefinite posito, regulariter intelligi dimidiam. Ibi: *sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.* Quod intelligendum est de dispositione juris, non similiter de dispositione hominis.

Lib. II. Tit. 16.

De

Pupillari substitutione.

L. 8. §. 5. de inoff. testam. Unde: substitutionem pupillarem expressam etiam matrem excludere a legitima. Ibi: *sed nec impuberis filii mater inofficiosum dicit testamentum, quia pater ei hoc fecit.*

L. ult. C. de instit. & substit. Unde: substitutionem pupillarem tacitam matrem non excludere, sed potius a matre ejusmodi substitutum excludi. Ibi: *si enim suæ substantiæ partem uxori dereliquerit, multo magis & luctuosam hæreditatem ad matrem venire curavit.*

L. 5.

L. 5. qui testam. fac. poss. Ubi: eum, qui ultimum anni decimi quarti diem attigit, testari posse. Ibi: *plus arbitror, etiamsi pridie Calendarum fecerit post sextam horam noctis, valere testamentum.* Ex quo consequitur, substitutionem pupillarem exspirare eo casu, cum filius impubes prædictum diem attigit saltem, licet non compleverit.

L. 7. de vulg. & pup. subst. Ubi: substitutionem, a pagano ultra pubertatem factam, ne quidem in vim fideicommissi valere, nisi vel ex loco, vel ex verbis, constet de animo fideicommittendi. Ibi: *frustra fieri convenit.* Item: *verbis civilibus.* i. e. directis.

L. 15. de vulg. subst. Ubi: militem ex privilegio etiam ultra pubertatem directo substituere posse, ita tamen, ut substitutus tantum capiat bona testatoris, non filii, propria. Ibi: *directo substituit.* Item: *post eam autem ætatem ex privilegio militum patris duntaxat.*

L. 9. C. de Imp. & al. subst. Unde: (1) parentes sine discrimine, atque adeo etiam matrem, quasi pupillariter substituere posse. Ibi: *humanitatis intuitu parentibus.* (2) filio, mente capto, aut furioso, etiam unum ex ejusdem liberis quasi pupillariter substitui posse. Ibi: *unum, vel certos, vel omnes.* Quod ita intelligendum, modo reliquis liberis salva maneat legitima. (3) substitutionem quasi pupillarem, ea demum resipiscentia evanescere, quæ sit durabilis ad mortem. Ibi: *mentecaptus vel mentecapta perpetua.* Item: *si postea resipuerint.*

Lib. II. Tit. 17.

Quibus modis testamenta infirmentur.

L. 6. §. 2. de jur. Codicill. Unde: testamento posteriore prius rumpi, etiamsi in priore declaraverit testator, se nolle valere testamentum, deinceps a se factum. Ibi: *valent tamen facti ab eo codicilli.*

L. 22. pr. de legat. III. Unde: eo casu, cum testamentum prius posteriusque una contineatur scriptura, testamentum posterius priori tum demum derogare, cum posteriore expressis verbis prius revocetur. Ibi: *sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit* &c. Secus itaque est, ubi in diversa scriptura alioque tempore conditum est testamentum; tum enim eo prius rumpitur, licet priore contineatur clausula derogatoria, eademque posteriore testamento expressis verbis non revocetur.

L. 21. §. 3. C. de testam. Ubi: testamento posteriore, quo hæres, ab intestato veniens, institutus est, rumpi prius, licet posterius sit imperfe-

perfectum, modo sit coram 5. testibus conditum. Ibi: *nisi forte* &c. *in secunda voluntate eos scribere instituit testator, qui ab intestato ad hereditatem ejusdem vocantur* &c. in qua voluntate 5. testium juratorum depositiones sufficiunt.

L. penult. §. ult. de B. P. secund. Tabb. Unde: jure Prætorio reconvalescere testamentum, testatoris capitis deminutione irritum factum, si deinceps ad priorem statum redeat, modo voce coram duobus testibus aut scripto de novo declaraverit, se velle decedere eodem testamento. Ibi: *plane si sui juris effectus, codicillis, aut aliis literis, eodem testamento se mori velle, declaraverit, voluntas, quæ defecerat, judicio recenti redisse intelligetur,*

L. 27. C. de testam. Ubi: testamentum revocatione verbali coram actis publicis aut 7. testibus non infirmari, nisi decennium a tempore conditi testamenti, vivo testatore, fuerit elapsum. Ibi: *& hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta, manifestaverit, & decennium fuerit emensum* &c.

Lib. II. Tit. 18.

De *Inofficioso testamento.*

L. 30. pr. C. de inoff. testam. Ubi: in testamento parentum, aut liberorum, relicto eo, quod minus est legitima, condictionem ex illa lege competere ad supplementum. Ibi: *id, quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam eam sine ullo gravamine vel mora exigere.*

L. 32. C. de inoff. test. Ubi: onus qualecunque, legitimæ adjectum, pro non adjecto haberi. Ibi: *ipsa conditio vel dilatio, vel alia dispositio, moram, vel quodcunque onus, introducens, tollatur.*

Lib. II. Tit. 19.

De *Hæredum qualitate & differentia.*

L. ult. C. de repud. hæred. Ubi: suos hæredes, si majores sint, posse intra triennium post abstentionem repetere hæreditatem, sin minores, integrum septennium, a die majorennitatis computandum, habere, ad repetendam hæreditatem, modo bona nondum sint distracta. Tum enim

enim major statim excluditur, minor vero tantum intra quadriennium post majorennitatem, in integrum restituitur. Ibi: *si quidem res jam vendita sunt, ut nullus aditus ei ad hareditatem reservetur. Sin autem alienata non sunt, si quidem major, intra trium annorum spatium ei detur licentia, sin autem minor, tunc, post impletum quadriennium, aliud triennium ei indulgeri.* It. *nisi forte* &c.

L. 5. C. de suis & legit. lib. Unde: hæredes suos hæreditatem, nondum aditam, sive ante immixtionem decedentes, transmittere ad quoscunque hæredes. Ibi: *hares extitit sua, & ad te transmisit successionem.* Quæ lex sedes est transmissionis naturalis, quæ fit jure suitatis.

L. un. C. de his, qui ant. ap. tab. Ubi: liberos non suos hæredes, i. e. emancipatos, hæreditatem, nondum aditam, transmittere ad soles descendentes. Ibi: *in liberos suos* &c. *posse transmittere.* Quæ species appellatur Theodosiana, & fit jure sanguinis.

L. 19. C. de jur. delib. Ubi: hæredem qualemcunque, intra annum deliberandi decedentem, hæreditatem, non aditam, sive jus deliberandi, in quoscunque hæredes transmittere, pro rata temporis residui. Ibi: *si quis vel ex testamento vel ab intestato* &c. *prædictum arbitrium in successionem suam transmittat, ita tamen, ut unius anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa.* Quæ transmissio vocatur Justinianea, & fit jure deliberandi. Cæterum communis opinio eandem coarctat ad eum casum, cum hæres, sciens, hæreditatem sibi esse delatam, decesserit. Ibi: *qui, sciens, hareditatem sibi esse delatam, decesserit.* Verum intelligendum est, prædictis verbis scientiam requiri, non quod ad effectum transmissionis, sed quod ad cursum anni deliberandi, ut enim hæreditas, etiam ignoranti delata, transmittatur, æquitas urget. *L. 86. de acqv. vel omitt. hæred.* Ibi: *ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant,* quæ stricto jure non competit. Item humanitatis gratia saltem annum deliberandi ex die scientiæ currere, statuit Justinianus *cit. L. 9.*

Lib. II. Tit. 20.

De

Legatis.

L. 10. C. de Legat. Ubi: legatum rei alienæ, relictum conjunctæ personæ, præceptori, alumno, aut amico singulari, valere indistincte, i. e. sive sciverit testator rem esse alienam, sive ignoraverit. Ibi: *nisi proxi-*

proximæ personæ, vel uxori, l. alii tali personæ, datum sit, cui legaturus esset, etsi scisset, rem alienam esse.

L. un. §. 11. C. de caduc. toll. Ubi : portionem deficientis conjuncti accrescere alteri, eodem conjunctionis genere conjuncto, & quidem cum onere; portionem vero deficientis disjuncti (scil. verbis, atque adeo re tantum conjuncti) accrescere omnibus, atque adeo etiam iis, qui inter se vel verbis tantum, vel mixtim, conjuncti sunt, ita tamen, ut verbis tantum, item mixtim, conjuncti unius personæ vice funguntur, atque adeo unam partem consequantur & quidem sine onere. Ibi : *siquidem conjunctim pro sua portione quisque, si vero pars quædam deficiat, eam omnibus pro virili portione, cum omni suo onere, accrescere. Sin autem disjunctim* &c. *Sin autem ad deficientis personam onus fuerit collatum, hoc non* &c.

L. 47. §. 4. & 5. de legat. I. Unde: in re legata ab hærede præstandam esse regulariter culpam levem. *dict. §. 4.* Ibi : *culpa heredis.* Interdum etiam levissimam, puta, si ipse hæres in rebus suis sit diligentissimus. *dict. §. 5.* Ibi : *numquid & diligentia* &c. quod verius est.

L. 80. de condit. & demonstr. Unde : etiam in ultimis voluntatibus modum differre a conditione, ita, ut ultima voluntas demum effectum sortiatur, existente conditione, cæteroquin statim vires capiat, modo præstetur cautio de implendo modo. Ibi : *admittimus, cautione oblata, nec enim parem dicemus eum, cum ita datum sit, si* &c. *& eum, cui datum est, ut* &c.

Lib. II. Tit. 21.

De
Ademtione & translatione legatorum.

L. 14. §. 1. de adim. l. transf. legat. Unde : ademtionem legati non valere, nisi facta sit coram 5. testibus. Ibi : *quibus ex caussis datio legati inutilis est, ex iisdem caussis etiam ademtio inefficax habetur.* Non obstat *L. 27. C. de fideicommiss.* ibi: *probata.* Resp. intelligi scripturam non simplicem, sed solennem, i. e. 5. testibus stipatam.

Lib. II.

Lib. II. Tit. 22.

De

Lege Falcidia.

Nov. 1. c. 2. §. 2. Unde: prohibitionem quartæ Falcidiæ expresse fieri debere, atque adeo, verbis æquipollentibus factam, non sufficere. Ibi: *si vero expressim designaverit, non velle* &c. Idemque cautum est *Decis. 43.*

Auth. similiter C. ad L. Falcid. Ubi: legatis, ad pias causas relictis, quartam Falcidiam detrahi non posse, idque indistinctè. Ibi: *similiter Falcidia cesset in his, quæ ad pias causas relicta sunt.* Nec obstat fons Authenticæ *Nov. 131. c. 12.* namque ibidem non continetur aliqua restrictio, sed solum id indicatur, quod regulariter ab hærede fieri solet, detrectando scilicet solutionem legatorum integrorum.

Lib. II. Tit. 23.

De

Fideicommissariis hæreditatibus & ad SCtum Trebellianum.

Cap. 16. & 18. X. de testam. Ubi: liberos, parentesve, fideicommisso gravatos, Jure Canonico præter legitimam deducere quartam Trebellianicam; quamvis idem illud moribus hodiernis solum valeat in fideicommisso, sub conditione, vel ex die, relicto, non etiam in puro.

L. ult. C. de fideicomm. Ubi: fideicommissum etiam sine testibus valere, cum testator hæredem præsentem rogat, ut alii restituat hæreditatem, eoque casu hæredem fideicommissarium jusjurandum hæredi fiduciario desuper deferre posse, ita tamen, ut eundem prius de calumnia jurare oporteat. Ibi: *si sine scriptura & præsentia testium* &c. *fideicommissum sive universitatis, sive speciale, necesse habere hæredem* &c. *prius jurejurando de calumnia præstito, vel sacramentum subire, vel* &c. *omnimodo exactioni fideicommissi subjacere.*

Lib. II. Tit. 24.

De
Singulis rebus, per fideicommissum relictis.

L. 78. §. 8. ad SCt. Trebell. Unde: verba fideicommissaria oportere esse dispositiva, atque adeo non sufficere enunciativa aut commendatoria. Ibi: *quos invicem commendo. Respondit, nihil fideicommissi datum proponi.*

Lib. II. Tit. 25.

De
Codicillis.

L. 29. §. 1. qui testam. fac. poss. Ubi sedes clausulæ codicillaris. Ibi: *hoc testamentum volo esse ratum quacunque ratione poterit.* Similis formula occurrit in *L. 88. §. ult. de legat. II.*

Lib. III. Tit. 9.

De
Assignatione libertorum.

L. ult. C. de pact. Ubi: pacta successoria de hæreditate tertii, ejusdemque certi, non valere, nisi tertius ille consentiat. Ibi: *omnimodo hujusmodi pacta, quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, nisi ipse forte, de cujus hæreditate pactum est, voluntatem suam eis accommodaverit, & in ea usque ad extremum vitæ suæ spatium perseveraverit.*

L. 3. C. de donat. quæ sub mod. Unde: fideicommissum etiam inter vivos pacto constitui posse. Ibi: *ut post tempus id, quod donatum est, alii restituatur, item, ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem juxta donatoris voluntatem, competere.*

L. 3. C. de secund. nupt. Ubi: liberos statim a tempore secundarum nuptiarum proprietatem bonorum, quæ parens a primo conjuge, vel liberis prioris matrimonii, adeptus est, consequi, & parentes solum retinere usumfructum, eumque deinceps, eodem mortuo, ad liberos reverti, jure non successionis, sed consolidationis. Ibi: *pr. quicquid ex facultatibus priorum maritorum* &c. *id totum integrum ad filios, quos ex præcedente conjugio habuerint, transmittant* &c. *atque habeant potestatem possidendi tantum atque fruendi in diem vitæ. Et §. 1. illud etiam*

etiam addimus, ut, si aliquis ex iisdem filiis &c. *forte decesserit* &c. *id quod per eandem successionem* &c.

Nov. 89. c. ult. pr. Ubi: liberos, ex damnato coitu natos, ne quidem alendos esse a parentibus, intellige mortuis. Ibi: *neque alendus est a parentibus.* Namque Imperator per totam Novellam loquitur de successione, quæ non est viventis, sed mortui, itaque parentes vivi ad alendos ejusmodi liberos omnino tenentur, quod, auctore Hubero, notandum est contra DD. communiter.

L. 5. C. ad SC. Orfitianum. Ubi: spurios matri illustri aliter non succedere, quam, deficientibus liberis, legitime natis. Ibi: *sancimus itaque, ut neque ex testamento* &c. *scil. justis liberis existentibus aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat.*

Auth. Praeterea C. und. vir & uxor. Ubi: conjugem superstitem, eumque inopem, conjugi prædefuncto locupleti succedere modo ex quarta, modo ex portione virili: ex quarta, extantibus tribus, aut paucioribus, liberis, aut aliis consangvineis; ex virili portione, extantibus liberis, aut aliis consangvineis quatuor, aut pluribus, hac tamen differentia, ut conjux superstes, extantibus liberis, quartam, vel portionem virilem, capiat saltem, quod ad usumfructum; extantibus vero aliis consangvineis, pleno jure. Ibi: *si matrimonium sit absque dote* &c.

Lib. III. Tit. 10.

De *Bonorum possessionibus.*

L. ult. C. qui admitt. ad B. P. Unde: bonorum possessionem peti debere coram Magistratu, eoque competente, si bonorum possessio sit Decretalis, h. e. mota lite, sive existente contradictore. Cæteroquin si sit Edictalis, h. e. non existat contradictor, peti posse etiam coram incompetente. Ibi: *etiam apud quemlibet judicem.*

L. 7. C. commun. de success. Ubi: affines ab intestato non succedere, atque adeo etiam excludi a Fisco. Ibi: *affinitatis jure nulla successio permittitur.*

Lib. III. Tit. 14.

De *Obligationibus.*

L. 46. §. penult. & ult. de V. O. Ubi differentia formularum:

Lib. II. Tit. II.

De

Militari testamento.

Recess. Imp. de an. 1512. *Tit.* von Testamenten §. und sollen &c. Ubi: milites, so in Ubung des Streits, sine testibus testari posse; eos vero, so zu Felde seyn, coram duobus testari debere; denique eos, so in denen Besatzungen oder Winter-Quartieren liegen, regulariter coram septem testibus testari oportere. Cæterum *Recess. Imp.* milites indistincte vocat Ritter, ab officio, weil sie sich ritterlich halten sollen.

L. 10. C. qui testam. fac. poss. Ubi Justinianus sibi persvaderi passus est, eum, qui natura surdus est, posse eloqui. Ibi: *quia scimus, quosdam Jurisperitos & hoc subtilius cogitasse, &, nullum esse, exposuisse, qui penitus non exaudiat, si qui supra cerebrum illius loquatur.*

L. 41. §. 1. de testam. mil. Ubi: militem focariæ suæ in testamento aliquid relinquere non posse. Ibi: *mulier, in quam turpis suspicio cadere potest, non ex testamento militis aliquid capere potest.*

Lib. II. Tit. 12.

Quibus non est permissum facere testamentum.

Nov. Leon. 39. Ubi: valere prodigi testamentum, in quo bene consuluit posteritati, i. e. disposuit inter illos, qui alioquin ab intestato erant successuri. Ibi: *Quæ vero ad utilitatem spectent, suscipiantur, atque nequaquam reprobentur. Quid enim* &c. quibus verbis explicatio continetur. Cæterum hæc ipsa Novella usu fori recepta est; præsertim cum non tam Juri Civili contradicat, quam potius indefinite loquens limitet atque declaret.

Lib. II. Tit. 13.

De

Exheredatione liberorum.

Nov. 115. c. 3. §. 2. Ubi: ob gravem & inhonestam injuriam liberos a parentibus exheredari posse. Quibus verbis cum contineatur genus,

genus, consequitur, sub eodem varias intelligi species, arbitrio judicis æstimandas, atque adeo hactenus, scil. ducto a genere ad species argumento, similes ingratitudinis caussas esse admittendas, e. g. *filia, citra consensum nubens*, item *filia impraegnata*, item *filius prodigus*.

L. 18. de liber. & posth. Unde: exhæredationem liberorum a parentibus fieri posse bona mente. Ibi: *non nota caussa, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant.* Quæ quidem species hodieque valet, propterea, quod *Nov. 115.* solum intelligenda sit de exhæredatione noxia, h. e. quæ fit a parentibus iratis, cujusmodi quoque in dubio præsumitur; quamobrem, ut valeat exhæredatio, bona mente facta, necesse est, in testamento exprimi necessitatem & caussam judicii testatoris.

L. 27. C. de inoff. testam. Ubi: testamentum fratris, sororisve, scripto hærede infami, vel jure, vel facto, vel levis notæ macula aspersso, a fratre, sororeve, querela inofficiosi testamenti impugnari posse. Ibi: *si scripti heredes infamiæ vel turpitudinis, vel levis notæ macula adspergantur.*

Lib. II. Tit. 14.
De
Hæredibus instituendis.

L. 13. pr. de hered. instit. Ubi: hærede uno, vel pluribus disjunctim, reliquis vero collective, scriptis, hæreditatem ita dividi, ut collective scripti pro una persona habeantur, nisi eisdem particula: *aque*, *zugleich*, aut similis, addita sit, nam tum pariter ex æquis partibus censentur instituti. Ibi: *omnes ex virilibus partibus institutos.*

L. 4. §. 1. de stat. lib. Unde: conditionem, facto impossibilem, institutioni, vel legato, adscriptam, implendam esse, atque adeo, eadem non impleta, institutionem & legatum corruere. Ibi: *sic enim libertas inutiliter datur, quia nec animus danda libertatis est.*

L. 10. pr. de condit. & demonstr. Unde: conditionem potestativam, eamque non reiterabilem, æque ac casualem & mixtam, hæredis institutioni, aut legato, adscriptam, quocunque tempore, atque adeo, non minus vivo, quam mortuo, testatore, impleri posse. Ibi: *& ideo si, vivo testatore, nupserit, impleta conditio videtur.*

L. 5. §. 5. quand. dies leg. Unde: quoties implementum conditionis impeditur facto tertii, in cujus persona implenda erat, aut cujus interest, eandem non impleri, (hæredis ab intestato) toties conditionem

pro impleta haberi. Ibi: *sed aut per heredem, aut per ejus personam in cujus persona jussus est parere, conditioni dies cedit, quoniam pro impleta habetur.*

Lib. II. Tit. 15.

De Vulgari substitutione.

L. 76. ad SC. Trebell. Unde: substitutionem, in codicillis factam, ex benigna interpretatione sustineri in vim fideicommissi, it, ut hæres ab intestato rogatus esse intelligatur, ut hæreditatem, ab intestato aditam, detracta quarta Trebellianica, restituat substituto. Ibi: *benigna interpretatione placet, ut mater, quæ ab intestato pupillo succedit, substitutis fideicommisso obligetur.*

L. 4. pr. & §. 2. vers. hoc itaque casu &c. *de vulg. & pup. subst.* Unde: substitutionem expressam vulgarem tacite continere pupillarem, &, vice versa, pupillarem expressam tacite continere vulgarem. Amplius in ultimis voluntatibus casum non expressum, ad eundem finem tendentem cum expresso, sub hoc contineri. v. c. casum expressum complecti tacite casum noluntatis, &, vice versa, casum expressum noluntatis tacite complecti casum impotentiæ. *pr.* Ibi: *in utrumque casum* &c. §. 2. Ibi: *in utrumque eventum*, item: *utraque substitutio.*

L. 164. §. 1. de V. S. Unde: vocabulo: *partis*, indefinite posito, regulariter intelligi dimidiam. Ibi: *sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.* Quod intelligendum est de dispositione juris, non similiter de dispositione hominis.

Lib. II. Tit. 16.

De Pupillari substitutione.

L. 8. §. 5. de inoff. testam. Unde: substitutionem pupillarem expressam etiam matrem excludere a legitima. Ibi: *sed nec impuberis filii mater inofficiosum dicit testamentum, quia pater ei hoc fecit.*

L. ult. C. de instit. & substit. Unde: substitutionem pupillarem tacitam matrem non excludere, sed potius a matre ejusmodi substitutum excludi. Ibi: *si enim sua substantiæ partem uxori dereliquerit, multo magis & luctuosam hæreditatem ad matrem venire curavit.*

L. 5.

L. 5. qui testam. fac. poss. Ubi: eum, qui ultimum anni decimi quarti diem attigit, testari posse. Ibi: *plus arbitror, etiamsi pridie Calendarum fecerit post sextam horam noctis, valere testamentum.* Ex quo consequitur, substitutionem pupillarem exspirare eo casu, cum filius impubes prædictum diem attigit saltem, licet non compleverit.

L. 7. de vulg. & pup. subst. Ubi: substitutionem, a pagano ultra pubertatem factam, ne quidem in vim fideicommissi valere, nisi vel ex loco, vel ex verbis, constet de animo fideicommittendi. Ibi: *frustra fieri convenit.* Item: *verbis civilibus.* i. e. directis.

L. 15. de vulg. subst. Ubi: militem ex privilegio etiam ultra pubertatem directo substituere posse, ita tamen, ut substitutus tantum capiat bona testatoris, non filii, propria. Ibi: *directo substituit.* Item: *post eam autem ætatem ex privilegio militum patris duntaxat.*

L. 9. C. de Imp. & al. subst. Unde: (1) parentes sine discrimine, atque adeo etiam matrem, quasi pupillariter substituere posse. Ibi: *humanitatis intuitu parentibus.* (2) filio, mente capto, aut furioso, etiam unum ex ejusdem liberis quasi pupillariter substitui posse. Ibi: *unum, vel certos, vel omnes.* Quod ita intelligendum, modo reliquis liberis salva maneat legitima. (3) substitutionem quasi pupillarem, ea demum resipiscentia evanescere, quæ sit durabilis ad mortem. Ibi: *mentecaptus vel mentecapta perpetua.* Item: *si postea resipuerint.*

Lib. II. Tit. 17.

Quibus modis testamenta infirmentur.

L. 6. §. 2. de jur. Codicill. Unde: testamento posteriore prius rumpi, etiamsi in priore declaraverit testator, se nolle valere testamentum, deinceps a se factum. Ibi: *valent tamen facti ab eo codicilli.*

L. 22. pr. de legat. III. Unde: eo casu, cum testamentum prius posteriusque una contineatur scriptura, testamentum posterius priori tum demum derogare, cum posteriore expressis verbis prius revocetur. Ibi: *sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit* &c. Secus itaque est, ubi in diversa scriptura alioque tempore conditum est testamentum; tum enim eo prius rumpitur, licet priore contineatur clausula derogatoria, eademque posteriore testamento expressis verbis non revocetur.

L. 21. §. 3. C. de testam. Ubi: testamento posteriore, quo hæres, ab intestato veniens, institutus est, rumpi prius, licet posterius sit imperfe-

perfectum, modo sit coram 5. testibus conditum. Ibi: *nisi forte* &c. *in secunda voluntate eos scribere instituit testator, qui ab intestato ad hereditatem ejusdem vocantur* &c. in qua voluntate 5. testium juratorum depositiones sufficiunt.

L. penult. §. *ult. de B. P. secund. Tabb.* Unde: jure Prætorio reconvalescere testamentum, testatoris capitis deminutione irritum factum, si deinceps ad priorem statum redeat, modo voce coram duobus testibus aut scripto de novo declaraverit, se velle decedere eodem testamento. Ibi: *plane si sui juris effectus, codicillis, aut aliis literis, eodem testamento se mori velle, declaraverit, voluntas, quæ defecerat, judicio recenti rediisse intelligetur,*

L. 27. C. de testam. Ubi: testamentum revocatione verbali coram actis publicis aut 7. testibus non infirmari, nisi decennium a tempore conditi testamenti, vivo testatore, fuerit elapsum. Ibi: *& hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta, manifestaverit, & decennium fuerit emensum* &c.

Lib. II. Tit. 18.

De

Inofficioso testamento.

L. 30. pr. C. de inoff. testam. Ubi: in testamento parentum, aut liberorum, relicto eo, quod minus est legitima, condictionem ex illa lege competere ad supplementum. Ibi: *id, quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam eam sine ullo gravamine vel mora exigere.*

L. 32. C. de inoff. test. Ubi: onus qualecunque, legitimæ adjectum, pro non adjecto haberi. Ibi: *ipsa conditio vel dilatio, vel alia dispositio, moram, vel quodcunque onus, introducens, tollatur.*

Lib. II. Tit. 19.

De

Hæredum qualitate & differentia.

L. ult. C. de repud. hered. Ubi: suos hæredes, si majores sint, posse intra triennium post abstentionem repetere hæreditatem, sin minores, integrum septennium, a die majorennitatis computandum, habere, ad repetendam hæreditatem, modo bona nondum sint distracta. Tum enim

enim major statim excluditur, minor vero tantum intra quadriennium post majorennitatem, in integrum restituitur. Ibi: *si quidem res jam vendita sunt, ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur. Sin autem alienatæ non sunt, si quidem major, intra trium annorum spatium ei detur licentia, sin autem minor, tunc, post impletum quadriennium, aliud triennium ei indulgeri.* It. *nisi forte* &c.

L. 8. C. de suis & legit. lib. Unde: hæredes suos hæreditatem, nondum aditam, sive ante immixtionem decedentes, transmittere ad quoscunque hæredes. Ibi: *hæres extitit sua, & ad te transmisit successionem.* Quæ lex sedes est transmissionis naturalis, quæ fit jure suitatis.

L. un. C. de his, qui ant. ap. tab. Ubi: liberos non suos hæredes, i. e. emancipatos, hæreditatem, nondum aditam, transmittere ad soles descendentes. Ibi: *in liberos suos* &c. *posse transmittere.* Quæ species appellatur Theodosiana, & fit jure sanguinis.

L. 19. C. de jur. delib. Ubi: hæredem qualemcunque, intra annum deliberandi decedentem, hæreditatem, non aditam, sive jus deliberandi, in quoscunque hæredes transmittere, pro rata temporis residui. Ibi: *si quis vel ex testamento vel ab intestato* &c. *prædictum arbitrium in successionem suam transmittat, ita tamen, ut unius anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa.* Quæ transmissio vocatur Justinianea, & fit jure deliberandi. Cæterum communis opinio eandem coarctat ad eum casum, cum hæres, sciens, hæreditatem sibi esse delatam, decesserit. Ibi: *qui, sciens, hæreditatem sibi esse delatam, decesserit.* Verum intelligendum est, prædictis verbis scientiam requiri, non quod ad effectum transmissionis, sed quod ad cursum anni deliberandi, ut enim hæreditas, etiam ignoranti delata, transmittatur, æquitas urget. *L. 86. de acqv. vel omitt. hæred.* Ibi: *ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant,* quæ stricto jure non competit. Item humanitatis gratia saltem annum deliberandi ex die scientiæ currere, statuit Justinianus *cit. L. 9.*

Lib. II. Tit. 20.

De

Legatis.

L. 10. C. de Legat. Ubi: legatum rei alienæ, relictum conjunctæ personæ, præceptori, alumno, aut amico singulari, valere indistincte, i. e. sive sciverit testator rem esse alienam, sive ignoraverit. Ibi: *nisi proxi-*

proxima persona, vel uxori, l. alii tali persona, datum sit, cui legaturus esset, etsi scisset, rem alienam esse.

L. un. §. 11. C. de caduc. toll. Ubi: portionem deficientis conjuncti accrescere alteri, eodem conjunctionis genere conjuncto, & quidem cum onere; portionem vero deficientis disjuncti (scil. verbis, atque adeo re tantum conjuncti) accrescere omnibus, atque adeo etiam iis, qui inter se vel verbis tantum, vel mixtim, conjuncti sunt, ita tamen, ut verbis tantum, item mixtim, conjuncti unius personæ vice funguntur, atque adeo unam partem consequantur & quidem sine onere. Ibi: *siquidem conjunctim pro sua portione quisque, si vero pars quædam deficiat, eam omnibus pro virili portione, cum omni suo onere, accrescere. Sin autem disjunctim* &c. *Sin autem ad deficientis personam onus fuerit collatum, hoc non* &c.

L. 47. §. 4. & 5. de legat. I. Unde: in re legata ab hærede præstandam esse regulariter culpam levem. *dict. §. 4.* Ibi: *culpa hæredis.* Interdum vero etiam levissimam, puta, si ipse hæres in rebus suis sit diligentissimus. *dict. §. 5.* Ibi: *numquid & diligentia* &c. quod verius est.

L. 80. de condit. & demonstr. Unde: etiam in ultimis voluntatibus modum differre a conditione, ita, ut ultima voluntas demum effectum sortiatur, existente conditione, cæteroquin statim vires capiat, modo præstetur cautio de implendo modo. Ibi: *admittimus, cautione oblata, nec enim parem dicemus eum, cum ita datum sit, si* &c. *& eum, cui datum est, ut* &c.

Lib. II. Tit. 21.

De Ademtione & translatione legatorum.

L. 14. §. 1. de adim. l. transf. legat. Unde: ademtionem legati non valere, nisi facta sit coram 5. testibus. Ibi: *quibus ex caussis datio legati inutilis est, ex iisdem caussis etiam ademtio inefficax habetur.* Non obstat *L. 27. C. de fideicommiss.* ibi: *probata.* Resp. intelligi scripturam non simplicem, sed solennem, i. e. 5. testibus stipatam.

Lib. II. Tit. 22.

De

Lege Falcidia.

Nov. 1. c. 2. §. 2. Unde: prohibitionem quartæ Falcidiæ expresse fieri debere, atque adeo, verbis æquipollentibus factam, non sufficere. Ibi: *si vero expressim designaverit, non velle* &c. Idemque cautum est *Decis. 43.*

Avth. similiter C. ad L. Falcid. Ubi: legatis, ad pias causas relictis, quartam Falcidiam detrahi non posse, idque indistincte. Ibi: *similiter Falcidia cesset in his, quæ ad pias causas relicta sunt.* Nec obstat fons Avthenticæ *Nov. 131. c. 12.* namque ibidem non continetur aliqua restrictio, sed solum id indicatur, quod regulariter ab hærede fieri solet, detrectando scilicet solutionem legatorum integrorum.

Lib. II. Tit. 23.

De

Fideicommissariis hæreditatibus & ad SCtum Trebellianum.

Cap. 16. & 18. X. de testam. Ubi: liberos, parentesve, fideicommisso gravatos, Jure Canonico præter legitimam deducere quartam Trebellianicam; quamvis idem illud moribus hodiernis solum valeat in fideicommisso, sub conditione, vel ex die, relicto, non etiam in puro.

L. ult. C. de fideicomm. Ubi: fideicommissum etiam sine testibus valere, cum testator hæredem præsentem rogat, ut alii restituat hæreditatem, eoque casu hæredem fideicommissarium jusjurandum hæredi fiduciario desuper deferre posse, ita tamen, ut eundem prius de calumnia jurare oporteat. Ibi: *si sine scriptum & præsentia testium* &c. *fideicommissum sive universitatis, sive speciale, necesse habere hæredem* &c. *prius jurejurando de calumnia præstito, vel sacramentum subire, vel* &c. *omnimodo exactioni fideicommissi subjacere.*

Lib. II. Tit. 24.

De

Singulis rebus, per fideicommissum relictis.

L.78. §.8. ad SCt. Trebell. Unde: verba fideicommissaria oportere esse dispositiva, atque adeo non sufficere enunciativa aut commendatoria. Ibi: *quos invicem commendo. Respondit, nihil fideicommissi datum proponi.*

Lib. II. Tit. 25.

De

Codicillis.

L. 29. §. 1. qui testam. fac. poss. Ubi sedes clausulæ codicillaris. Ibi: *hoc testamentum volo esse ratum quacunque ratione poterit.* Similis formula occurrit in *L. 88. §. ult. de legat. II.*

Lib. III. Tit. 9.

De

Assignatione libertorum.

L. ult. C. de pact. Ubi: pacta successoria de hæreditate tertii, ejusdemque certi, non valere, nisi tertius ille consentiat. Ibi: *omnimodo hujusmodi pacta, quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, nisi ipse forte, de cujus hæreditate pactum est, voluntatem suam eis accommodaverit, & in ea usque ad extremum vitæ suæ spatium perseveraverit.*

L. 3. C. de donat. quæ sub mod. Unde: fideicommissum etiam inter vivos pacto constitui posse. Ibi: *ut post tempus id, quod donatum est, alii restituatur, item, ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem juxta donatoris voluntatem, competere.*

L. 3. C. de secund. nupt. Ubi: liberos statim a tempore secundarum nuptiarum proprietatem bonorum, quæ parens a primo conjuge, vel liberis prioris matrimonii, adeptus est, consequi, & parentes solum retinere usumfructum, eumque deinceps, eodem mortuo, ad liberos reverti, jure non successionis, sed consolidationis. Ibi: *pr. quicquid ex facultatibus priorum maritorum &c. id totum integrum ad filios, quos ex præcedente conjugio habuerint, transmittant* &c. *atque habeant potestatem possidendi tantum atque fruendi in diem vitæ. Et* §. 1. *illud etiam*

etiam addimus, ut, si aliquis ex iisdem filiis &c. *forte decesserit* &c. *id quod per eandem successionem* &c.

Nov. 89. c. ult. pr. Ubi: liberos, ex damnato coitu natos, ne quidem alendos esse a parentibus, intellige mortuis. Ibi: *neque alendus est a parentibus.* Namque Imperator per totam Novellam loquitur de successione, quæ non est viventis, sed mortui, itaque parentes vivi ad alendos ejusmodi liberos omnino tenentur, quod, auctore Hubero, notandum est contra DD. communiter.

L. 5. C. ad SC. Orfitianum. Ubi: spurios matri illustri aliter non succedere, quam, deficientibus liberis, legitime natis. Ibi: *sancimus itaque, ut neque ex testamento* &c. *scil. justis liberis existentibus aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat.*

Auth. Praeterea C. und. vir & uxor. Ubi: conjugem superstitem, eumque inopem, conjugi prædefuncto locupleti succedere modo ex quarta, modo ex portione virili: ex quarta, extantibus tribus, aut paucioribus, liberis, aut aliis consangvineis; ex virili portione, extantibus liberis, aut aliis consangvineis quatuor, aut pluribus, hac tamen differentia, ut conjux superstes, extantibus liberis, quartam, vel portionem virilem, capiat saltem, quod ad usumfructum; extantibus vero aliis consangvineis, pleno jure. Ibi: *si matrimonium sit absque dote* &c.

Lib. III. Tit. 10.

De Bonorum possessionibus.

L. ult. C. qui admitt. ad B. P. Unde: bonorum possessionem peti debere coram Magistratu, eoque competente, si bonorum possessio sit Decretalis, h. e. mota lite, sive existente contradictore. Cæteroquin si sit Edictalis, h. e. non existat contradictor, peti posse etiam coram incompetente. Ibi: *etiam apud quemlibet judicem.*

L. 7. C. commun. de success. Ubi: affines ab intestato non succedere, atque adeo etiam excludi a Fisco. Ibi: *affinitatis jure nulla successio permittitur.*

Lib. III. Tit. 14.

De Obligationibus.

L. 46. §. penult. & ult. de V. O. Ubi differentia formularum:

 cum

cum volueris, &c: *si volueris.* Hæc obligationem vitiat; illa ejusdem executionem suspendit. Ibi: *§. penult. alii ita inutilem, si, antequam constituas, morieris, quod verum est. Et §. ult. inutilem esse, constat.*

Lib. III. Tit. 15.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

L. 27. de R. C. Unde: civitatem ex mortuo non obligari, nisi probata pecuniæ mutuo datæ in rem & utilitatem civitatis versione; sed eos solos, qui contraxerunt nomine civitatis, hoc est, simplices civitatis administratores, teneri. Secus est, cum civitas vel vere, vel repræsentative, consensit in mutuum, tunc enim obligabitur indistinctè. Ibi: *alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur.*

L. 99. de solut. Ubi: toties creditorem ad recipiendum aliud monetæ genus, quam mutuo dederat, non teneri; quoties inde damnum aliquod passurus sit. Ibi: *non esse cogendum, si ex ea re damnum aliquod passurus sit.*

R. I. de an. 1559. §. die iezgemeldten rc. Ubi: creditorem ultra 25. fl. debitam pecuniam in moneta minutiori accipere non debere.

L. 10. C. de jur. & fact. ignor. Ubi: eum, qui indebitum (naturaliter) solvit, idem non repetere, si solvat ex errore juris; repetere vero eo casu, si solvat ex errore facti (alieni, aut proprii, sed antiqui.) Ibi: *cum quis jus ignorans* &c. *cessat. Per ignorantiam facti repetitionem competere.* Conf.

L. 9. C. ad L. Falcid. Ibi: *qui sciens* &c. *conditionem non habet.*

L. 18. §. 2. commodat. Ubi: commodatarium repetere quidem posse a commodante factos sumtus insolitos, non etiam ordinarios. Ibi: *nam cibariorum impensæ naturali scilicet ratione ad eum pertinent, qui utendum accepisset.*

Cap. 14. X. de sponsal. Ubi: puellam, quam duo ambiunt, pendente lite super matrimonio, sequestrandam esse.

L. 23. depos. Unde: depositario competere jus retinendæ rei depositæ, damnorum & impensarum nomine. Ibi: *apud eundem judicem.* Conf v. 4. 6.

L. pen. C. eod. Ubi: non quidem locum esse compensationi, sed retentioni.

Lib. III. Tit. 16.

De

Verborum obligationibus.

L. 105. de solut. Ubi: debitori puro quoque ex humanitate modicum spatium, idemque arbitrio judicis definiendum, relinquendum esse. Ibi: *cum aliquo scil. temperamento temporis; nec enim cum sacco adire debet.*

L. 13. in fin. de re jud. Unde: eum, qui obligatus est ad faciendum, non præcise facere debere, sed liberari solvendo interesse. Ibi: *sicut evenit in omnibus faciendi obligationibus.*

Lib. III. Tit. 17.

De

Duobus reis stipulandi & promittendi.

Nov. 99. cap. 1. Unde: jure novo etiam correos debendi gaudere beneficio divisionis, atque adeo singulos ultra ratam non teneri. *Præf.* ibi: *in præsenti vero & aliud.* Et *cap. 1. pr.* ibi: *non unumquemque in solidum exigi, sed interim secundum partem.* Excipe tamen, nisi (1) alter correus sit inops & non solvendo, (2) idem absens sit, hoc est, non habeat domicilium, eidem judici subjectum. Ibi: *si quidem idonei sint, & præsentes inveniantur. Si vero* &c.

L. 2. C. de duob. reis. Unde communiter DD. concludunt, eum, qui ex correis credendi solidum exegit, teneri alteri ad communicationem, etsi nec conventum id fuerit, nec socii sint. Ibi: *juvare te non cunctabitur.*

Lib. III. Tit. 20.

De

Inutilibus stipulationibus.

L. 83. pr. de V. O. Ubi: eum, qui alium daturum promisit, non obligari, eum vero, qui se curaturum, effecturum, ut alius daret, promisit, obligari. Ibi: *alius pro alio promittens non obligatur, & qui spondet* &c. *non simplex abnutivum spondet, sed curaturum se, ut dolus malus absit.*

Lib. III. Tit. 21.

De
Fidejussoribus.

L. 8. §. 4. de pign. act. Unde: particulam taxativam, conventioni adjectam, excludere extraneos, non hæredes. Ibi: *Sed, etsi creditoris duntaxat persona fuerit comprehensa, etiam hæres ejus jure vendet.*

L. 3. C. de fidejuss. Ubi: confidejussores inter sese gaudere beneficio divisionis, licet singuli in solidum se obligaverint. Ibi: *nam licet significes adjectum esse in obligatione, ut singuli in solidum tenerentur, tamen nihil hæc res mutat conditionem juris & constitutionem* &c.

L. 4. §. 4. Si quis caut. in jud. sist. Unde: renunciationem generalem toties valere; quoties subjecta est renunciationi speciali. Ibi: *ita valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sunt.* (intellige de beneficiis ejusdem generis, scil. fidejussoriis.)

L. 77. §. 23. de Legat. II. Unde: jusjurandum habere vim specialis renunciationis, sive, quod perinde est, generalem renunciationem, jurejurando confirmatam, valere. Ibi: *nam enixa voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrecta videbantur.*

L. 76. de solut. Unde: fidejussorem ante solutionem, vel in ipso solutionis actu, curare debere, quo sibi actio a creditore cedatur contra debitorem, vel confidejussores, alioqui, solutione facta citra protestationem, beneficio cedendarum actionum locum non superesse. Ibi: *nihil ea cessione actum, cum nulla actio superfuerit* &c. *Item cum novissimo quoque casu pretium magis mandatarum actionum solutum, quam actio peremta videatur.* Ex qua Lege explicanda est

L. 36. de fidejuss. Ibi: *quodammodo nomen debitoris vendidit.*

L. 54. pr. Locat. cond. Unde: fidejussorem ob contumaciam debitoris non obligari, nisi in omnem caussam fidejusserit. Ibi: *si in omnem caussam fidejussor se obligavit, eum quoque præstare debere usuras.*

L. 10. C. mandati. Unde: fidejussori etiam ante factam creditori solutionem, actionem competere contra debitorem, eo casu, cum vel condemnatus sit ad solvendum creditori, vel debitor bona sua, post susceptam fidejussionem, incipiat dilapidare. Ibi: *Et neque condemnatus es, neque bona eam dilapidare cœpisse, comprobare possis.* Conf.

L. 38. §. 1. mandat. Unde: eo quoque casu fidejussori ante factam solutionem contra debitorem competere actionem, si debitor diu distulerit solutionem. Ibi: *si diu in solutione cessabit.*

Lib. III.

Lib. III. Tit. 22.

De

Literarum obligationibus.

L. 14. pr. & §. 2. C. de non num. pec. Ubi: exceptionem non numeratæ pecuniæ adversus chirographum, elapso biennio, penitus perimi, atque adeo debitorem, non factam sibi esse numerationem, probaturum, minime audiri. *pr.* Ibi: *ut, eo elapso, nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci possit.* (2) eandem exceptionem contra apocham, elapsis 30. diebus, similiter plane pleneque extingui. §. 2. Ibi: *intra triginta tantummodo dies posse objici* &c.

Lib. III. Tit. 24.

De

Emtione & venditione.

L. 17. C. d. fid. instrum. Unde nonnulli, (inprimis Leyserus Vitembergensis) emtionem venditionem in scriptis contractam intelligi, non eam solum, quæ expresso pacto, ne ante scripturam obligentur contrahentes, contracta est, sed etiam, cum ex circumstantiis liquet, contrahentes voluisse, ut scribatur contractus, v. c. petitione atramenti, pennæ, papyri; item invitatione Notarii & testium. Ibi: *in scriptis fieri placuit.*

L. 21. §. 2. de A. E. V. Unde: errorem circa qualitatem accidentalem non vitiare emtionem, sed solum dare emtori actionem ex emto, modo ad minuendum pretium, puta, si venditor rei qualitatem ignoraverit, modo ad præstandum id, quod interest, puta si venditor vel sciverit, vel supine ignoraverit rei qualitatem. Ibi: *emtionem esse: tamen venditor teneri debet, quanti interest, etsi venditor quoque nesciat* (supine.)

L. 46. Locati. Unde: emtionem uno nummo fieri non posse. Quod intelligendum est, nisi res sit minimi pretii. Ibi: *conductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit.*

L. 35. §. 7. de C. E. V. Unde: rerum, sub quantitate venditarum, periculum ante annumerationem, admensurationem, vel appensionem, esse venditoris, non emtoris. Ibi: *antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere.*

L. 71.

L. 78. §. ult. de C. E. V. Unde: pactum de præstando casu capiendum esse de solito & subinde contingente, non similiter de valde insolito seu insolitissimo. Ibi: *Si immodenta fuerunt & contra consvetudinem tempestatis, agi tecum ex emto poterit.*

L. 8. pr. & §. 1. de C. E. V. Ubi: rem quoque futuram emi posse. Ibi pr. *recte ementur*, & §. 1. *cum quasi alea emitur.* Item: *quia spei emtio est.*

Lib. III. Tit. 25.

De
Locatione & conductione.

L. 13. in fin. Loc. cond. Ubi: locationem conductionem tacite in prædiis rusticis ad annum, in urbanis vero ad tantum tempus, quanto locator, finita prima locatione, passus fuit conductorem habitare, renovatam intelligi. Ibi: *eandem videri locationem in illo anno permansisse, in urbanis autem, prout quisque habitaverit.*

L. 1. §. 5. de extraord. cognit. Unde: facta liberalia propter dignitatem suam æstimari non posse, atque adeo nec recipere mercedem. Ibi: *quæ pretio nummario non æstimanda, nec dehonestanda.*

L. 3. C. de Loc. cond. Unde: conductorem ante finitam locationem expelli posse (1) non soluta mercede toto biennio. Ibi: *si pensionem in solidum solvisti.* Conf.

L. 54. §. 1. eod. Ibi: *cum conductor biennii continui pensionem non solveret.*

(2) Superveniente propria rei locatæ indigentia eaque improvisa. Ibi: *nisi propriis usibus eam necessariam esse probaverit.*

(3) Ob necessariam rei locatæ reparationem, eamque ita comparatam, ut non aliter, quam expulso conductore, fieri possit. Ibi: *aut corrigere domum maluerit.*

(4) Ob abusum conductoris. Ibi: *aut tu male in re locata versata es.*

L. 2. C. de jur. emphyt. Ubi: Emphyteusin, eamque civilem, amitti, non solvendo canonem per triennium. Ibi: *per totum triennium.*

L. ult. C. de jur. emph. Unde: Emphyteutam sub pœna privationis oportere dominum directum certiorem facere de futura fundi emphyteutici alienatione. Vicissim dominum directum debere intra duos menses, a die factæ notificationis computandos, se declarare, utrum ipsemet velit emere, aut justas habeat permutationi aut donationi contra-

contradicendi caussas. Praeterea poenam privationis in emphytevta locum non habere, nisi post factam fundi emphytevtici translationem, atque adeo contractum, solo consensu perfectum, ei fini non sufficere. Ibi: *vel jus emphytevticum transferre.* (intellige cum effectu) Item: *sin duorum mensium spatium fuerit emensum.* &c.

L. 9. §. 5. Loc. cond. Unde: eum, qui artem profitetur, atque adeo, ut artifex, aliquid conducit faciendum, ad culpam quoque levissimam teneri. Ibi: *quod imperitia peccavit, culpam esse, quippe ut artifex conduxit.*

L. 25. §. 6. Loc. cond. Unde: ob damnum plus quam tolerabile, in fructibus percipiendis obveniens, conductori ex aequo & bono remittendam esse pensionem. Ibi: *si plus quam tolerabile est, alioquin modicum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur.*

Lib. III. Tit. 26.
De
Societate.

L. 29. § ult. pro soc. Ubi: non valere conventionem, societati adjectam, ut alter omne lucrum capiat, alter omne damnum sustineat. Ibi: *societatem talem coiri non posse* &c. *hanc societatem Leoninam solitum appellare.*

L. 29. pr. eod. Unde toties non valere societatem; quoties inaequales partes lucri & damni sunt constitutae, nisi caussa adsit inaequalitatis. Ibi: *placet valere, si modo aliquid plus contulit* &c.

L. 1. pr. & L. 70. eod. Ubi: societatem quidem in perpetuum, id est, ad dies vitae, non vero in aeternum, contrahi posse. *d. L. 1. pr.* ibi: *vel in perpetuum i. e. dum vivunt.* & *d. L. 70.* Ibi: *nulla societatis in aeternum coitio est.*

Lib. III. Tit. 27.
De
Mandato.

L. 18. mand. Unde: eum, qui tacet, obligari ad faciendum. Ibi: *qui patitur ab alio mandari* &c. *mandare intelligitur.*

L. 16. de SC. Maced. Unde: eum, qui tacet, non obligari ad agendum,

dum, nisi factum, consensus declarativum, v. c. retentio literarum, accesserit. Ibi: *& ad patrem literas emisit, ut solveret, debet pater, si actum improbat, continuo testationem interponere contraria voluntatis.*

L. 12. §. 12. Mandat. Unde: commendationem generalem non obligare. Ibi: *non obligabitur, quia commendandi magis hominis, quam mandandi causa scripta est.*

L. ult. C. quod cum eo, qui &c. Unde: commendationem specialem omnino obligare. Ibi: *nisi specialiter, ut pecuniam praestet, a domino fuerit postulatus.*

Lib. III. Tit. 28.

De

Obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur.

L. 7, §. 2. de administr. & peric. tut. Ubi: in iis negotiis, quæ nominatim ex Lege tutoribus sunt imperata, veluti emtione prædiorum, a tutore solum latam culpam præstandam esse. Ibi: *si prædia comparaverint* &c. *solum latam negligentiam eos præstare in hac parte debere.*

L. 2. C. arbitr. tut. Ubi: in nominibus, a patre contractis, tutorem de lata tantum culpa teneri. Ibi: *nomina paternorum debitorum* &c. *per latam culpam.* It. *manifesta negligentia.*

L. 7. C. eod. Ubi: tutorem regulariter de dolo, culpa lata, & levi, teneri, Ibi: *dolo, vel lata culpa, aut levi.*

L. 6. C. fam. hercisc. Ubi: nomina hæreditaria activa æque ac passiva esse ipso jure divisa. Ibi: *cum ipso jure ex L. XII. Tabb. divisa sint.*

L. 32. §. 2. de condict. indeb. Ubi: pietatis intuitu indebite solutum non repeti. Ibi; *relinquitur pietatis caussa, ex qua solutum repeti non potest.*

L. 65. §. 1. eod. Ubi: transactionis caussa indebite solutum repeti non posse. Ibi: *quod transactionis nomine datur, non repetitur.* Excipe: nisi evidens detegatur calumnia, aut transactio sit imperfecta. Ibi: *sin autem evidens calumnia detegitur, & transactio imperfecta est, repetitio dabitur.*

Lib. III. Tit. 30.

Quibus modis tollitur obligatio.

L. ult. C. de novat. Unde: non solum in novatione, in specie dicta, sed & delegatione, animum novandi exprimendum esse. Ibi: *si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit.*

Lib. IV. Tit. I.

De
Obligationibus, quæ ex delicto nascuntur

L. 21. §. 8. de furt. Ubi: eum, qui surripuit res aliquas e cista, omnium furem intelligi, si totum illius rei, cujus partem abstulit, auferre potuit; minus vero, cum totum illud auferre non potuit. Ibi: *si tamen totum involucrum tollere non potuerit, singularum rerum, quas tulerit, fur est, caeterarum non est. Quod si totum vas tollere potuit, dicimus eum totius esse furem, licet solverit, ut singulas vel quasdam tolleret.*

L. 5. C. de furt. Unde: eum, apud quem res furtiva invenitur, oportere speciatim nominare auctorem suum, alioquin dicendo, se ab ignoto emisse, se furti commissi suspectum reddere. Ibi: *exhibeas venditorem, nam a transeunte & ignoto te emisse dicere non convenit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem.*

L. 50. pr. de furt. Ubi: in actione furti non id, quod interest, sed verum rei pretium, habita tamen ratione illius temporis, quo unquam res furtiva plurimi valebat, duplari vel quadruplari. Ibi: *non quod interest, sed rei verum pretium.* Item: *quod si pretiosior facta sit, ejus duplum, quanti tunc, cum pretiosior facta sit, fuerit, aestimabitur.*

L. 12. §. ult. eod. Unde: in furto usus (cujusmodi committit creditor pignoratitius, it. depositarius) non verum rei pretium, sed solum usum & interesse domini (v. c. debitoris, it. deponentis) duplicandum esse. Ibi: *quia utriusque interest.*

L. 87. eod. Ubi: extraneo pignus surripiente, duplicari verum pignoris pretium, (idque hac Lege, ut, deducta sorte & usuris, residuum a creditore debitori restituendum sit. *L. 15. pr. eod.* Ibi: *id, quod debitum excedit, debitori praestatur.* Ipso vero debitore pignus surripiente, duplicari summam debitam cum usuris. Ibi: *in summam pignoris non debiti. Sed ubi debitor ipse subtraxisset, in summam pecuniae debitae & usurarum ejus.*

L. 14. pr. eod. Unde: actionem furti ei solum competere, cujus interest ex jure in re, non ei quoque, cujus interest ex jure ad rem, ita tamen, ut venditor lucrum, ex furto perceptum, emtori restituere debeat. Ibi: *si non tradita est ei res, furti actionem non habere.* Item: *Si quid fuerit consecutus, id præstare eum emtori oportebit.*

L. 56. §. 1. eod. Unde: actione criminali, hoc est, ad interesse publicum instituta, consumi actionem furti pœnalem. Ibi: *ipso quod in periculum majoris pœnæ deductus est fur, intelligendum est, quæstionem furti sublatam esse.*

Lib. IV. Tit. 2.

De
Vi bonorum raptorum.

L. 52. §. ult. de furt. Unde: raptorem furti manifesti actione non aliter conveniri posse, quam si in ipso raptu sit deprehensus. Ibi: *actione de bonis raptis in quadruplum, furti non manifesti, videlicet si nemo eum deprehenderit tollentem.*

L. 6. C. de paganis. Ubi: actionem vi bonorum raptorum Judæo vel pagano adversus Christianum solum competere in duplum, ita, ut duplo insit res & pœna simul. Ibi: *in duplum, quæ rapuerint, restituere compellentur.*

L. 13. quod met. caus. Ubi: eum, qui propria auctoritate a debitore suo rem, vel pecuniam, sibi debitam, aufert, jus crediti amittere. Ibi: *jus crediti non habebit.*

L. 7. C. unde vi. Ubi: eum, qui rei alienæ possessionem alteri proprio ausu aufert, non solum eandem rem restituere, sed etiam ejusdem æstimationem veteri possessori præstare. Item, qui propriam rem, ab alio possessam, ita occupavit, eam veteri possessori restituere ejusque dominio imposterum carere debere. Ibi: *possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & dominium ejusdem rei amittat.* Item: *nonsolum eam possidentibus reddat, verum etiam æstimationem earum rerum restituere compellatur.*

Lib. IV. Tit. 3.

De
Lege Aquilia.

L. 1. C. quand. lic. un. sin. jud. Ubi: nocturnos populatores agro-

agrorum, aut itinerum, impune occidi posse. Ibi: *permissa cuicunque licentia digno illico supplicio subjugetur. Melius enim est, occurrere in tempore, quam post exitum vindicare.*

L. 44. ad L. Aquil. Ubi: Lege Aquilia etiam levissimam culpam coërceri. Ibi: *in Lege Aquilia & levissima culpa venit.* Quod intelligendum est de culpa, extra contractum admissa; nam, culpa in contractu admissa, ea demum coërcetur Lege Aquilia, quæ alioquin in ipso contractu præstanda est.

Lib. IV. Tit. 4.

De Injuriis.

L. 5. C. de injur. Unde: (1) ex verbis, aut factis, vel sua natura, vel ex loci consuetudine, injuriosis, præsumi animum injuriandi, atque adeo contrarium, nempe absuisse animum injuriandi, ab allegante probandum esse. Quod fit plerumque jurejurando, secundum regulam: *Ea, quæ latent in animo, vix aliter quam jurejurando probari possunt.* Ibi: *si non convitii consilio te aliquid injuriosum dixisse probare potes.* (2) actionem injuriarum, intellige æstimatoriam, extingvi præscriptione annali. Ibi: *cum injuriarum actio* (æstimatoria) *annuo tempore præscripta sit.*

L. 18. pr. de injur. Unde: veritatem convitii relevare vel ab ipsa pœna, vel saltem ejusdem rigore. Ibi: *cum, qui nocentem infamavit, non esse bonum æquum ob eam rem condemnari.*

L. 3. pr. de accusat. Unde: in actione injuriarum annum, mensem, locum, injuriæ factæ libello exprimendum esse, non vero regulariter diem, aut horam. Ibi: *utique & locus designandus est, & mensis, & generaliter præcipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt, neque autem diem neque horam invitus comprehendet,* (regulariter. Secus enim est, si rei intersit, easdem exprimi circumstantias.)

Lib. IV. Tit. 5.

De Obligationibus, quæ quasi ex delicto nascuntur.

L. ult. pr. naut. caup. stabul. Unde: eam demum protestationem

 exerci-

exercitoris de damno non præstando eundem relevare, quæ facta est ante receptionem, non quæ deinceps. Ibi: *si prædixerit.*

L. 1. § ult. eod. Unde: exercitorem de damno teneri, etiamsi eidem res assignatæ non fuerint, sed sufficere, quod exercitor sciverit, aut scire potuerit, res illatas esse. Ibi: *etsi non sint assignata.* Item: *omnium eum recipere custodiam, quæ in navem illata sunt.*

Lib. IV. Tit. 6.

De Actionibus.

L. 24. de R. V. Ubi consilium, ut vindicaturus experiatur aliquo interdicto ad acquirendam possessionem, quo deinceps liberetur ab onere probandi. Ibi: *animadvertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem, quia longe commodius est* &c.

L. 1. §. 4. quod legat. Ubi: toties cumulationem actionum alterius ordinariæ, alterius subsidiariæ, alternative fieri posse; quoties incertum est, utra potius actio locum habeat. Ibi: *quemadmodum solemus facere, quoties incertum est, quæ potius actio teneat. Nam duas dictamus, protestati ex altera* &c.

L. ult. C. de temp. in int. restit. Ubi: jure novo restitutionem in integrum intra quadriennium, idemque utile ratione initii, & continuum ratione cursus, & instituendam & finiendam esse. Ibi: *quadriennium continuum ex die, ex quo annus utilis currebat.* Item: *non solum in minorum restitutionibus, sed etiam in majorum.*

L. 6. §. 6. & 7. quæ in fraud. cred. Ubi: creditorem sibi vigilare suumque recipere posse, antequam bona debitoris fuerint possessa, hoc est, ante motum concursum. Ibi: *§. 6. eum, qui suum receperat, nullam videri fraudem facere.* Et §. 7. *antequam bona debitoris possideantur, quamvis sciens prudensque solvendo non esse, recipiat: sibi enim vigilavit.*

L. 6. pr. eod. Ubi: debitorem oblatum sibi lucrum repudiare posse in præjudicium creditorum. Ibi: *quod autem, cum possit aliquid quærere, non id agit, ut acquirat, ad hoc edictum non pertinet.* Excipitur Fiscus, per

L. 45. pr. de jur. Fisc. Ibi: *idemque juris est, esi non quæratur.*

L. 10. §. 8. eod. Ubi: annum utilem, (hodie quadriennium continuum,) actionis Paulianæ computandum esse ex die venditionis bonorum, hoc est, excussionis sive distractionis bonorum debitoris.

L. 25.

L. 29. C. de jur. dot. Ubi: uxorem, etiam constante matrimonio, repetere posse dotem, eo videlicet casu, cum maritus prolapsus est ad inopiam, id est, adversus se concursum excitavit creditorum. Ibi: *ubi adhuc matrimonio constituto maritus ad inopiam sit deductus* &c. *eam posse easdem res vindicare* &c.

L. 11. C. depos. Unde: in deposito non valere compensationem vel retentionem, intellige ratione debiti extranei. Ibi: *nullamque compensationem vel deductionem, vel doli exceptionem opponat.* Alioqui ratione debiti, ex ipsa re deposita orti, omnino valet retentio.

L. 20. de re jud. Ubi: uxori æque ac marito competere beneficium competentiæ ex quocunque contractu. Ibi: *sed ex aliis quoque contractibus, quod & in persona mulieris* &c.

L. 63. pr. pro socio. Unde: (1) inter socios etiam particulares valere beneficium competentiæ. Ibi: *etiamsi non universorum bonorum socii sunt, sed unius rei.* (2) multo magis idem beneficium obtinere inter fratres. Ibi: *hoc enim summam rationem habet, cum societas jus quodammodo fraternitatis in se habeat.*

Nov. 135. pr. Unde: cessionem bonorum ob dolum vel latam culpam locum non habere, atque adeo a contrario sensu eandem non solum ob casum fortuitum, sed & in casu culpæ levis vel levissimæ, valere. Ibi: *non supina negligentia.*

L. ult. C. qui bon. ced. poss. Unde: cessionem bonorum non infamare. Ibi: *salva eorum existimatione.*

Lib. IV. Tit. 7.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.

L. ult. de instit. act. Unde: eum, qui intuitu officii contraxit, obligari solum durante officio, non eodem finito. Ibi: *nec æquitatem conveniendi eum superesse, cum id institoris officio scripsisset.*

Lib. IV. Tit. 12.

De Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes transeunt.

L. pen. pr. & §. 1. C. de usufr. Unde: actionem, servitutis nomine

mine competentem, non solum realem ex servitute constituta, sed & personalem ex promissione servitutis, præscriptione 10. vel 20. annorum extingvi, *pr.* Ibi: *de personali autem actione* &c. *dubitabatur.* §. 1. Ibi: *nisi talis exceptio opponatur, quæ, etiamsi dominium vindicaret, posset eum præsentem vel absentem excludere.* Conf.

L. 13. C. de servitut. Ubi, quod speciatim de usufructu *præd. L. pen.* tradebatur, ad servitutes reales extenditur. Ibi: *ut omnes servitutes amittantur decennio contra præsentes, vel 20. annorum spatio contra absentes* &c.

L. 12. C. ad L. Corn. de fals. Unde: regulariter actionem ex delicto criminalem præscriptione 20. annorum (a tempore cessantis delicti) tolli. Ibi: *20. annorum exceptione, sicut cætera quoque fere crimina.*

L. 29. § 6. ad L. Jul. de adult. Unde: in genere omnia delicta carnis præscriptione quinque annorum tolli. ibi: *omnibus admissis, ex L. Julia venientibus, quinquennium est præscriptum.*

L. 35. pr. de O. & A. Unde: actiones Prætorias, easque rei persecutorias sive ex contractu, sive ex delicto, esse perpetuas, hoc est, durare 10. vel 20. it. 30. annos, exemplo actionum civilium realium, personalium, nisi tendant ad rescindendum actum, stricto Jure Civili validum: tum enim esse annales. Ibi: *ut, quæ rei persecutionem habent, hæ etiam post annum darentur, cætera intra annum.* Item: *sed cum rescissa usucapione redditur, anno finitur; quia contra Jus Civile datur.*

L. 49. eod. Unde: ex dolo, in contractu admisso, etiam teneri hæredes, sive, actiones, ex contractu venientes ob dolum, quoque contra hæredes competere, idque nullo discrimine, actiones sint b. f. an stricti juris. Ibi: *ex contractu venientes actiones in heredes dantur, licet delictum quoque versetur.* Distingvendum itaque iterum inter dolum in contractu & extra contractum admissum.

L. 58. de O. & A. Unde: lite contestata, actiones, ex delictis privatis venientes, transire ad hæredes, idque indistincte, sive agatur civiliter, sive criminaliter, scil. ad pœnam, Fisco applicandam. Ibi: *ex omnibus causis lites contestatas & in heredem, similesque personas, transire.*

Lib. IV.

Lib. IV. Tit. 13.

De *Exceptionibus.*

L. 7. §. 1. de compens. Unde: exceptionem, in judicio ordinario semel oppositam, & per sententiam rejectam, denuo per modum actionis in judicium deduci non posse. Ibi: *aliud dicam, si reprobavit pensationem: tunc enim rei judicatæ mihi nocebit exceptio.*

Lib. IV. Tit. 14.

De *Replicationibus.*

L. 10. §. pen. mand. Unde: exceptionem personalem per consequentiam prodesse fidejussori, ne alioquin eadem inutilis reddatur debitori. Ibi: *si modo habuit facultatem rei conveniendi, desiderandique, ut ipse susciperet potius judicium vel suo vel procuratorio nomine.* Quod quidem toties intelligendum est; quoties fidejussor, a creditore conventus, regressum habet contra debitorem.

Lib. IV. Tit. 15.

De *Interdictis.*

L. ult. C. quor. bonor. Unde: in interdicto quorum bonorum leviores admitti probationes, & exceptiones altioris indaginis rejici in judicium reconventionis. Ibi: *omnibus frustrationibus amputatis.*

L. 6. §. 1. & L. 7. de acquir. l. amitt. poss. Unde: solo etiam animo retineri possessionem, quamdiu facultas suppetit rem occupandi. Ibi: *d. L. 6. §. 1. retinet ergo possessionem is, qui ad nundinas abiit.* Et *L. 7. si nolit in fundum reverti, quod vim majorem vereatur, amisisse possessionem videtur.*

L. 3. §. 13. eod. Unde: possessionem rerum mobilium, quæ sunt in custodia nostra, quamvis nunc, ubi sint, ignorentur, solo animo retineri. Ibi: *res mobiles, quatenus sub custodia nostra sint, possideri.* Conf. *L. 44. pr. eod.* Ibi: *nec infirmitatem memoriæ damnum adferre possessionis, quam alius non invasit.*

L. 25. pr. eod. Unde: amitti possessionem rerum mobilium, quæ extra custodiam nostram constitutæ sunt, & ignorantur, ubi sint. Ibi: *desinimus possidere.*

Lib. IV. Tit. 16.

De

Pœna temere litigantium.

L. 79. pr. de judic. Unde: non solum ob calumniam, sed etiam ob solam litigandi temeritatem, expensas deberi. Ibi: *temere.*

Lib. IV. Tit. 17.

De

Officio judicis.

§. ult. I. de offic. Jud. Ubi: per adjudicationem dominium ipso jure citra traditionem transferri. Ibi: *id statim ejus fit, cui adjudicatum est.*

L. 1. §. 1. pr. socio. Unde: in societate omnium bonorum dominium rerum corporalium existentium alterius sociorum alteri ipso jure, citra traditionem, communicari. Ibi: *in societate omnium bonorum omnes res,* (corporales,) *quæ coëuntium sunt,* (actu existunt,) *continuo communicantur.*

Lib. IV. Tit. 18.

De

Publicis judiciis.

L. un. si quis Imp. maled. Unde: maledicta in Imperatorem a Magistratu inferiore non esse punienda, sed solum ad Imperatorem referenda, (zu berichten.) Ibi: *cum pœnæ nolumus subjugari, neque durum aliquid, neque asperum volumus sustinere. Unde hoc ad nostrum scientiam referatur.* Nota, hanc Legem etiam valere in Ordinibus Imperii, idque contra Carpzovium, qui eandem inter Reservata Imperatoris refert.

L. 5. pr. & §. 1. C. ad L. Jul. Maj. Unde: (1) crimen læsæ Majestatis etiam committi in consiliarios Imperatoris. *pr.* Ibi: *etiam virorum illustrium, qui consiliis & consistorio nostro intersunt.* (2) filios perduellium fieri infames, & ab honoribus, successionibusque, excludi. *§. 1.* Ibi: *a materna vel avita* &c. *hæreditate habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta, perveniant.*

II, PAN-

II. PANDECT.

Lib. I. Tit. 1.

De

Justitia & Jure.

Lib. de stat. hom. Ubi : Pandectas, maximam partem, secundum seriem Edicti perpetui concinnatas esse. Ibi : *ordinem Edicti perpetui secuti* &c. *ut res patitur.*

L. 9. §. 7. de pecul. Unde : secundum sententiam Stoicorum, licere se ipsum interficere. Ibi : *licet enim etiam servis naturaliter in corpus suum sævire.*

Lib. I. Tit. 2.

De

Origine Juris &c.

L. 2. §. 35. & 38. h. t. Ubi : Tiberium Coruncanium primum Juris Professorem extitisse, *d. §. 35.* Ibi : *ante Tiberium Coruncanium publice professum neminem, traditur.* Et §. 38. Ibi : *qui primus profiteri coepit.*

L. 17. de Jur. Patron. Unde : judicem non semper adstrictum esse ad sequendum JCtorum judicium ; præsertim si solum se informandum curet.

Lib. I. Tit. 3.

De

Legibus, SCtis & long. consvet.

L. ult. C. de jurisd. omn. Jud. Unde : Collegia jurisdictionem habere in negotiis, Collegii propriis, in Sachen, so ihre Profession betreffen, ita tamen, ut judici ordinario etiam competat jurisdictio, &, utroque concurrente, locus sit præventioni. Ibi : *his judicibus obe-*

dire compelli, ita tamen, ut ipsis nihilominus judicibus procul dubio respondeant.

L. un. C. de Monopol. Ubi: illicita esse collegiorum statuta: (1) ne res minoris, quam inter se statuerint, venundentur, (2) ne, quod unus cœpit, alter perficiat. Ibi: *ut species non minoris, quam inter se statuerint, venundentur; ut ne quis, quod alteri commissum sit, opus impleat.*

L. 8. C. de judic. Ibi: judicem magis æquitatem, quam strictum jus, sequi oportere. Ibi: *placuit, in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque, quam stricti juris, rationem.*

L. 12. §. 1. qui & a quib. manumiss. Unde: legem scriptam, dura & aspera sit licet, sequendam esse. Ibi: *quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta.*

Nov. 66. cap. 1. pr. Ubi: legem scriptam non statim, sed demum post duos menses a momento publicationis obligare. Ibi: *si scripta fuerit hujusmodi Lex, hanc post duos menses dati ei temporis valere.*

L. 26. h. t. Unde: legem posteriorem generalem priori speciali non derogare. Ibi: *ut priores leges ad posteriores trahantur.*

L. 34. eod. Unde: consvetudinem non fieri ex conventione, sed contradictione. Ibi: *an etiam contradicto aliquando judicio consvetudo firmata sit.*

Lib. I. Tit 4.

De
Constitutionib. Princip.

L. 4. C. de precib. Imperat. offer. Unde: (1) rescripto moratorio debitori solum moram dari, non vero quicquam remitti de sorte, vel usuris. Ibi: *super præstandis dilationibus.* (2) rescriptum moratorium non valere aliter, quam præstita fidejussione, vel, hac deficiente, cautione juratoria. Ibi: *non aliter valeant, nisi fidejussio idonea super debiti solutione præbeatur.* Quæ verba DD. sic interpretantur: *modo creditores petierint.*

Auth. quæ supplicatio C. d. t. Ubi: supplicatione, intra decendium a momento publicatæ sententiæ interposita, suspendi executionem, donec victor caveat fidejussoribus, vel pignoribus, non jurejurando, de restituendo. Amplius, eandem supplicationem etiam post decendium intra biennium fieri posse, ita tamen, ut tum sententia, sine satis-

satisdatione victoris, executioni mandetur. Ibi: *intra decem dies* &c. *sententia non aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fidejussionem præbuerit* &c. *executio causæ sine fidejussione procedet* &c. *intra biennium.*

L. 1. C. quando libellus Princip. dat. Ubi: insinuationem monitorii, ex supremo judicio, ad libellum Principi porrectum, factam, habere vim litis contestationis, atque adeo per eandem actionem, in se non hæreditariam, fieri hæreditariam active & passive. Ibi: *contestationem litis intelligi, etiam si nostræ tranquillitati fuerint preces oblatæ, easque adversus heredem quoque, vel ab herede, exerceri.*

L. 2. C. eod. Ubi: ejusmodi monitorii insinuationem quoque habere vim citationis, atque adeo per eandem actiones temporales, puta Prætorias annales, v. c. actionem injuriarum æstimatoriam, perpetuari usque ad 40. annos. Ibi: *temporales actiones per oblationem precum, & ad eas rescriptionem, perpetuantur,* &c. *quæ, a Prætore constitutæ, annali tempore coarctatæ sunt.* Ex eodem principio consequitur, ejusmodi Principis rescriptum seu monitorium, Auflage, inducere litispendentiam.

Lib. I. Tit. 5.

De

Statu hominum.

L. 3. §. ult. de suis & legit. hæred. Unde: liberos, etiam initio VII. mensis natos, legitimos esse. Ibi: *de eo, qui 182. die natus est, Hippocrates scripsit, & Divus Pius Pontificibus rescripsit, justo tempore videri natum.* Conf.

L. 11. C. de naturalib. liberis &c.

Nov. 39. cap. 2. Unde: liberos, post obitum mariti, etiam initio XI. mensis natos, legitimos intelligi. Ibi: *undecimo mense perfecto peperit.*

Lib. I. Tit. 6.

De

His, qui sui l. alieni juris sunt.

L. 2. C. de patrib. qui fil. suos &c. Unde: (1) jus vendendi liberos matri æque ac patri competere. Ibi: *Si quis, junct. L. 1. de V. S.*

 (2) idem

(2) idem jus adstrictum esse ad solum casum extremæ necessitatis. Ibi: *propter nimiam paupertatem egestatemque.* Item ad solam venditionem. Ibi: *venditione tantummodo valente.*

Lib. I. Tit. 7.

De

Adoptionib. & emancipationib.

Nov. 18. c. 1. in fine. Unde: quartam quoque impuberis arrogati hodie auctam, atque adeo in trientem, h. e. tertiam partem, mutatam esse. Ibi: *in omnibus personis.*

L. 1. C. de patr. potest. Unde: præscriptione X. annorum amitti patriam potestatem. Ibi: *cum diu* (i. e. X. annis) *passus sis, ut patris-familias res ejus agi.*

Lib. I. Tit. 9.

De

Senatoribus.

L. 5. h. t. Unde: filium participare de dignitate patris, ante sui nativitatem obtenta. Ibi: *nec interest, jam in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem Senatoriam.*

L. 7. §. 1. h. t. Unde: filium retinere dignitatem patris; modo antequam pater amiserit dignitatem, conceptus fuerit. Ibi: *magis est, ut quasi Senatoris filius intelligatur; tempus enim conceptionis spectandum plerisque placuit.*

Lib. I. Tit. 14.

De

Officio Prætorum.

L. 3. h. t. Unde: ea, quæ acta sunt ex errore communi, favore publicæ utilitatis sustineri. Ibi: *propter utilitatem* &c. *& verum puto, nihil eorum reprobari, hoc enim humanius est.*

Lib. I.

Lib. I. Tit. 15.

De

Officio Præfecti Vigilum.

L. penult. §. 1. h. t. Unde: incendio coorto in ædibus, præsumi culpam inhabitantium generalem. Ibi: *quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium.* Quæ tamen præsumtio non sufficit ad condemnandum, nec dominum ædium contrarii probatione privat. Conf.

L. 11. de pericul. & commodo rei vendita. Unde: culpam specialem, h. e. speciatim contra patremfamilias, non præsumi, ibi: *quia sine patrisfamilias culpa fieri potest.*

Lib. I. Tit. 16.

De

Officio Pro-Consulis & Legati.

L. 6. §. 3. h. t. Unde: Xeniola, præsertim esculenta & potulenta, magistratibus inferioribus accipere licere. Ibi: *non vero in totum Xeniis abstinere debebit* &c. *vetus proverbium est: neque omnia, neque ab omnibus, neque quovis tempore* &c. *nisi victus quotidiani caussa.* Conf.

L. 18. de offic. Præsid. Ibi: *nisi esculentum potulentumve.* Quamvis tutius ejusmodi quoque Xeniolis abstineat judex.

Lib. I. Tit. 18.

De

Officio Præsidis.

L. 6. §. 1. h. t. Unde: judicem secundum acta & probata judicare oportere. Ibi: *id sequatur, quod convenit eum, ex fide eorum, quæ probantur, sequi.* Quod quidem, secus ac vulgo, sic capiendum: modo acta & probata cum conscientia judicis conveniant.

L. 12. eod. Unde: ex præjudiciis & exemplis caussam non esse decidendam. Ibi: *non spectandum est, quid Romæ factum est, quam quid fieri debeat.*

Lib. I.

Lib. I. Tit. 21.

De

Officio ejus, cui mandata est jurisdictio.

Cap. 27. X. de offic. & potest. jud. deleg. Unde: delegatum Principis subdelegare posse. Conf.

L. 5. C. de judic. Ibi: *nisi a Principe judex datus fuerit.*

Lib. I. Tit. 22.

De

Officio Assessorum.

L. 4. h. t. Ubi: eo, qui liberale officium exercet, ante completum tempus defuncto, integrum salarium, sive ex lege, sive ex pacto, debitum, ejusdem hæredibus præstandum esse. Ibi: *salarium residui temporis, quod præstitum est, debetur.*

Lib. II. Tit. 1.

De

Jurisdictione.

L. 18. h. t. Unde: prorogationem jurisdictionis, expressa conventione factam, non valere, nisi accesserit judicis aditio. Ibi: *priusquam adiretur.*

L. 14. C. de sentent. & interlocut. Ubi: actorem debere stare in caussa reconventionis coram eo judice, quem elegit in caussa conventionis. Ibi: *cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se judicem in eodem negotio non dedignetur.*

Auth. habita C. ne filius pro patre &c. Unde: forum studiosorum privilegiarium non impedire, quo minus studiosus, in caussa reconventionis, coram eodem conventionis judice stare debeat. Ibi: *optione data scholaribus, eos coram domino* i. e. magistratu loci ordinario, *vel magistro suo* &c. *conveniat*, item *qui vero ad alium judicem eos trahere tentaverit* &c.

Tit. C. ut ea, quæ advocatis &c. Ubi: judicem ea, quæ juris sunt, ex officio supplere debere, v. c. præscriptionem, cautionem de non amplius turbando.

L. 6. §. 5. de offic. præsid. Unde, judicem interdum ea etiam, quæ facti

facti sunt, ex officio supplere oportere, veluti in caussa personarum miserabilium, aut alias favorabilium. Ibi: *ne tenuis vita homines sub praetextu* &c. *vexentur, Praeses provinciae providebit.*

L. un. §. ult. de offic. Consul. Unde: actus jurisdictionis voluntariae, quae caussae cognitionem requirunt, in caussa propria exerceri non posse. Ibi: *Sed si evenerit, ut minor Consul sit, apud se manumittere non poterit, cum ipse sit, qui consilii caussam examinat.*

L. 57. de re judic. Ubi: minorem 18. annis judicem esse non posse. Ibi: *nisi minor 18. annis sit.*

L. ult. de in jus vocando. Unde: eum, qui non habet in aere, luere debere in corpore. Ibi: *castigatur, si inopia dignoscitur laborare.*

L. 1. de nund. Unde: privilegia amitti praescriptione 10. annorum. Ibi: *decenni tempore usum amittat.*

L. 2. si mensor fals. mod. dix. Unde: culpae reum esse, qui negotium, suae industriae commissum, alii committit. Ibi: *tu teneberis, quia dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti.*

Lib. II. Tit. 2.

Quod quisque juris in alter. stat.

Auth. ad haec C. de fid. instrum. Unde: instrumentum etiam contra producentem valere, propterea, quod semel approbatum non possit denuo reprobari. Ibi: *recte petis examinationem fieri.*

Lib. II. Tit. 4.

De
In jus vocando.

L. 1. §. 1. de feriis. Unde: praesentiam partis, vel plane non, vel non rite, citatae, haberi loco novae citationis, atque adeo vitium prioris purgare. Ibi: *hique sponte venerint* &c. *sententia valebit.*

L. 18. h. t. Unde: eum, qui habitat in domo sua, praecise compelli non posse, ut se judicio sistat, (in caussa civili) Ibi: *nullum de domo sua in jus vocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit.*

L. ult. §. 1. C. de feriis. Unde: die Dominica insinuationem citationis quoque esse prohibitam. Ibi: *a cunctis executionibus* item *cujuscunque judicis apparitor.* Quamvis secus servetur hodie.

L. 5. C. de exact. tribut. Unde: nuncio jurato, de proprio facto, intuitu officii, referenti, credendum esse. Ibi: *relationis suæ fide & adnotatione perscribant.*

L. 13. §. 1. de excusat. Unde: citationem privatam vel in faciem, vel ad domum, fieri debere. Ibi: *vel in faciem, vel ad domum.* Quamvis DD. modum citationis priorem referant ad citationem primam; posteriorem vero ad domum ad cæteras.

L. 14. C. de procuratorib. Unde: quoties solennitas requiritur in favorem personæ; toties ejusdem omissionem vitiare actum, si prædictæ personæ sit nocivus, non, si eidem commodus. Ibi: *non eo minus sententia, adversus te lata, subsistit* &c. *in damnis subvenire, non rebus, prospere gestis, obesse.*

L. 5. §. 1. C. de jurisd. Ubi: actorem caussa cadere; quoties reum vocat ad vetitum tribunal. Ibi: *in vetito examine* &c. *actor actione mulctetur.*

L. 73. §. 1. & 2. de judic. Unde: emanente utroque litigantium, citationem haberi pro circumducta, atque adeo instantiam ipsam perimi, &, quod ex eo consequitur, exceptioni præventionis, & litis pendentis, locum non esse. Ibi: *magis est, ut instantia perierit, ex integro autem litigari possit.*

Lib. II. Tit. 5.

Siquis in jus vocatus &c.

L. 5. de judic. Unde: citatum a judice incompetente comparere debere; quoties ejusdem incompetentia est dubia. Ibi: *debet venire* &c. *Prætoris est enim æstimare, an sua sit jurisdictio; vocati autem non contemnere auctoritatem prætoris.*

L. 53. §. 3. de re judic. Unde: citatum a judice incompetente comparere non debere; quoties ejusdem incompetentia est notoria sive ratione personæ, sive ratione caussæ. Ibi: *contumaces non videntur,*

Lib. II. Tit. 7.

Ne quis eum, qui in jus voc. &c.

L. 3. C. de exact. tribut. Ubi: eum, qui debitorem tributorum occultat, vel liberat, ipsius loco tributa solvere debere. Ibi: *totius summæ exactionem in se suscipiat, qui eundem avellendum subtrahendumque crediderit.*

L. 4.

L. 4. C. de custod. reorum. Unde: eum, qui in caussa criminali carceratum eximit, ad eandem pœnam, ad quam carceratus tenebatur, obligari. Ibi: *ipsum volumus hujusmodi pœna consumi, cui obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit.*

Lib. II. Tit. 13.

De

Edendo.

L. 3. h. t. Unde: fiscum, ejusdemque exemplo, alias causas favorabiles, a reo editionem instrumentorum indistincte petere posse. Ibi: *a quibus quid Fisco petetur.* Conf.

L. 2. §. 1. & 2. de jur. Fisci.

L. ult. C. eod. Unde: reum actori edere debere instrumenta ad fundandam replicam. Ibi: *originem petitionis.*

L. 6. C. eod. Unde: eos, qui nomine publico administrant, omnibus, quorum interest, libros rationum, die Rechnungs-Bücher, edere debere.

L. 15. ad exhib. Unde: deficiente probatione ordinaria, toties locum esse juramento, quoties caussa non magni est præjudicii. Ibi: *non esse iniquum juranti mihi id postulare.*

Lib. II. Tit. 14.

De

Pactis.

L. 23. pr. C. de SS. Eccles. Ubi: (1) contra Ecclesiam, & alia pia loca, demum valere præscriptionem 100. annorum. (2) donatione venditioneve non minus, quam legato, dominium statim, sine traditione, in ecclesias, & alia loca pia, transire. (3) in prædictis negotiis, ecclesiis, aliisque piis locis, competere hypothecam tacitam, scilicet in reliquis, præter rem donatam, venditam, legatam, bonis. Ibi: *sit eorum pene perpetua vindicatio, & ad annos centum extendatur.* Et §. 1. Ibi: *in his autem omnibus casibus etiam in rem & hypothecariam.* Nota, quod ad 1.) hodie non obtinere ob

Auth. quas actiones C. eod. Ubi præscriptio quadragenaria constituta est. Ibi: *quadraginta annis.*

L. 2. §. 3. h. t. Ubi: redditione chirographi tacite pactum intelligi,

ligi, ne petatur. Ibi: *si debidori meo reddiderim cautionem*, (Nota numerum singularem. Nam secus est, reddita una cautione ex pluribus, super eodem debito datis) *videbitur inter nos convenisse, ne peterem.*

L. 5. C. de postul. Ubi: pactum advocati de quota litis prohibitum esse, sub pœna remotionis. Ibi: *emolumenta certæ partis* &c. *placuit, ut omnes ab hac professione penitus arceantur.*

L. 9. C. de Profess. & Medic. Unde: pactum periclitantis, cum medico, aliove, initum, esse nullum. Ibi: *ea patimur accipere, quæ sani offerunt, non ea, quæ periclitantes pro salute promittunt.*

L. 7. §. ult. & L. 8. it. L. 10. pr. h. t. Ubi: pactum majoris partis creditorum remissorium cæteris præjudicare, intellige chirographariis, aut personaliter privilegiatis. *d L. 7. §. ult.* Ibi: *sequetur majoris partis voluntatem* & *L. 8.* Ibi: *pro modo debiti, non pro numero personarum.* Et *L. 10. pr.* Ibi: *in his creditoribus, qui hypothecas non habent.*

Lib. II. Tit. 15.

De *Transactionibus.*

L. 6. h. t. Ubi: de iis, quæ in testamento relicta sunt, transactionem initam non valere, testamento non inspecto. Ibi: *de his controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, neque transigi aliter potest, quam inspectis cognitisque verbis testamenti.*

L. 8. pr. eod. Ubi: de alimentis futuris, in testamento relictis, transactionem, sine decreto prætoris initam, non valere. Ibi: *ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si, auctore prætore, facta.*

L. 18. C. eod. Ubi: transactionem de crimine capitali licitam esse, excepto adulterio; non vero de delicto non-capitali. Ibi: *de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est; in aliis autem, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet.*

Cap. ult. X. h. t. Unde: transactionem, scilicet extrajudicialem pro matrimonio, non vero contra matrimonium, valere. Ibi: *recedere non licebit.*

L. 19. C. eod. Ubi: transactionem, ob instrumenta noviter reperta, rescindi non posse. Ibi: *sub prætextu instrumenti, post reperti, transactionem rescindi, jura non patiuntur.*

L. 10. C. eod. Unde: in transactione cum, qui a sua parte implevit,

plevit, pœnitere non posse. Ibi: *parum probe postulas. Nullus etenim erit litium finis, si a transactionibus, bona fide interpositis, cœperit facile discedi.*

L. 41. C. eod. Ubi: majorennem, qui contra juratam transactionem venit, fieri infamem, amittere jus suum, ad pœnam conventam teneri, & commodo transactionis privari. Ibi: *non solum notetur infamia, verum actione privatus, restituta pœna, & rerum proprietate careat & emolumento.* Nota eandem legem in alio quovis contractu jurato valere. Ibi: *adversus pacta vel transactiones.*

L. pen. C. eod. Ubi: transactionem, etiam juratam, ex falsis instrumentis initam, retractari posse. Ibi: *si ex falsis instrumentis* &c. *quamvis jusjurandum interpositum, retractari præcipimus.*

L. ult. C. eod. Ubi: transactionem, super incerto mortalitatis eventu initam, valere; quamvis alter supra dimidium læsus reperiatur. Ibi: *transactio rata est, & non potest rescindi, tanquam circumventus sis.*

Lib. III. Tit. I.

De

Postulando.

L. 1. §. 5. h. t. Ubi: Carsaniam, improbissimam fœminam, caussam dedisse edicto, ne fœmina pro aliis postulet. Ibi: *a Carsania, improbissima fœmina, quæ, inverecunde postulans, & magistratum inquietans, caussam dedit edicto.*

L. 3. C. de Sentent. ex peric. recit. Unde: cœcum ne retinere quidem susceptum magistratus officium posse. Ibi: *ut universi judices ultimas definitiones,* oder End-Urthel, *de scriptis recitatione proferant.*

L. 3. §. 1. h. t. Unde: morte alterius conjugis solvi affinitatem, quod ad effectus civiles, non quod ad effectus naturales. Ibi: *affinitates non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt, sed præsentes.*

L. 1. §. 11. de extraord. cognit. &

L. 1. §. 2. h. t. Unde: eum, qui prohibitus est advocare, nec in judicio, nec extra judicium, patrocinari posse. *d. L. 1. § 11.* Ibi: *advocatos accipere debemus omnes omnino, qui caussis agendis quoquo studio operantur.* Contra vero prohibitum postulare, non posse in judicio;

cio; posse tamen, extra judicium, in scriptis, consulere. *d. L. 1. §. 2.* Ibi: *postulare est desiderium in Jure exponere.*

L. 6. §. 1. C. h. t. Ubi: advocatos conviciantes infames fieri. Ibi: *si quis adeo procax fuerit, ut, non ratione, sed probris, putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur.*

L. ult. C. de advocat. diverſ. judicum. Unde: officiales a loco administrationis recedere non debere, & contra facientes privilegia & honorem amittere. Ibi: *de matricula penitus aboleatur, nulla licentia ei danda, gradum suum vindicare, nec iterum viris adsistere.*

L. 3. C. de error. advocat. Unde: errorem, ab advocato, præsente parte, admissum, in continenti, id est, intra triduum, retractari posse. Ibi: *te præsente, ex continenti, id est, triduo proximo.*

Lib. III. Tit. 2.

De

His, qui notantur infamia.

L. 29. C. ad L. Jul. de adult. Unde: ministras tabernæ publicæ, Mägde in öffentlichen Gast-Höffen und Schencken, levis notæ macula notatas esse. Ibi: *pro vilitate ejus* &c. Item: *vitæ vilitas.*

L. 14. de pænis. Ubi: militem, quæstus caussa in scenam prodeuntem, capite puniri. Ibi: *si miles artem ludicram fecerit, capite puniendum, Menander scribit.*

L. 43. §. 2. de rit. nupt. Unde: ut meretrix dicatur, tres actus sufficere. Ibi: *quæ cum uno & altero, pecunia accepta, commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere.* Ergo tres sufficiunt.

L. 36. de O. & A. Ubi: conditiones nunquam infamare. Ibi: *cessat ignominia in conditionibus, quamvis ex famosis caussis pendeant.*

L. 2. C. de dignitat. Ubi: infames infamia juris, vel facti, repelli a dignitatibus. Ibi: *neque famosis & notatis, & quos scelus, aut turpitudo, inquinat, dignitatis portæ patebunt.*

Lib. III. Tit. 3.

De

Procuratoribus.

L. 10. C. h. t. Unde: principalem, ob dolum, aut culpam, procuratoris, non restitui in integrum. Ibi: *rem judicatam rescindi non oportet,*

oportet, eum, si quid fraude vel dolo egerit, convenire eum non prohibearis. Quod tamen communiter sic temperari solet: nisi procurator non sit solvendo. Tum enim principali succurritur ex clausula generali *L. gis 1. §. 1. ex quib. caus. major.*

L. 2. C. ne liceat potentior. Ubi: eos, qui potentiorem, procuratorem, vel patronum, constituunt, mulctari jactura caussæ. Ibi: *si actiones ad potentiorum fuerint delatæ personas, debiti creditores jacture mulctentur.*

L. un. C. de his, qui potentior. nom. Ubi: eos, qui titulos potentiorum nomine prædiis affigunt, aut falso potentiorem nominant, flagellis cæsos metallis addici; potentiorem vero ipsum infamem fieri. Ibi: *ut, affecti plumbo, perpetuis metallorum suppliciis deputentur* &c. *eos sane, qui se sponte alienis litibus inferi patiuntur, veluti famæ suæ prodigos, & calumniarum redemtores, notari oportebit.*

L. 2. C. ut nemo privatus &c. Ubi: eum, qui insignia principis suspenderit, ultimo puniri supplicio. Ibi: *ne quis vela regia suspendere, vel titulum audeat alienis rebus imponere* &c. *qui hoc facere ausus fuerit, si plebejus est, ultimo subdi supplicio.*

Lib. III. Tit. 4.

Quod cujusc. universit. nom.

L. 7. §. ult. h. t. Unde: collegium, quamvis non paucioribus, quam tribus, personis constituatur, *L. 85. de V. S.* tamen, semel rite constitutum, etiam in una conservari. Ibi: *sed si universitas ad unum redit, magis admittitur, posse eum convenire, & conveniri: cum jus omnium in unum reciderit, & stet nomen universitatis.*

L. 15. C. de Episcop. & cler. Ubi: conventus clericorum illicitos puniri publicatione ædium, in quibus instituti sunt. Ibi: *conventicula illicita etiam extra ecclesiam in privatis ædibus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente.*

L. 4. h. t. Unde: cum electio fit a pluribus, tum ejus quoque, qui eligitur, suffragium attendendum esse. Ibi: *is quoque, quem decernent, numerari potest.*

L. 5. & 6. pr. eod. Unde: in electione patrem filio, fratrem fratri, suffragium dare posse. *d. L. 5.* Ibi: *& patris suffragium filio proderit, & filii patri.* & *d. L. 6.* Ibi: *quasi decurio, non quasi domestica persona.*

L. 11.

L. 11. pr. ad municip. Unde: plures Syndicos in solidum videri constitutos, ita, ut alter sine altero experiri possit. Ibi: *magistratuum officium individuum, ac periculum esse commune.*

L. 4. de decret. ob ord. fac. Unde: Decuriones, eorumque exemplo, Syndicos, debita liquida remittere non posse; posse tamen ob liberales artes salaria & stipendia constituere. *pr.* Ibi: *rescindi debent.* & §. 2. Ibi: *ob liberalem artem, vel ob medicinam; ob has enim caussas licet constitui salaria.*

Lib. III. Tit. 5.

De

Negotiis gestis.

L. 10. §. 1. h. t. Unde: actionem negotiorum gestorum competere, quamvis eventus insperatus fefellerit. Ibi: *non solum si effectum habuit negotium, sed sufficit, si utiliter gessit, etsi effectum non habuit negotium.*

Lib. III. Tit. 6.

De

Calumniatoribus.

L. 3. §. 1 h. t. Unde: affectum, cum actu aliquo conjunctum, i. e. conatum, interdum pro effectu accipi. Ibi: *si igitur accepit, ut negotium faceret, sive fecit, sive non fecit; & qui accepit, ne faceret, tenetur.*

L. 17. C. de pœn. Ubi: pœnam inustionis, quod ad faciem, prohibitam esse. Ibi: *minime in ejus facie scribatur, quo facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculetur.*

Lib. IV. Tit. 1.

De

Restitutione in integrum.

L. 16. de minorib. Unde: toties cessare remedium juris extraordinarium, v. c. restitutionis in integrum; quoties suppetit ordinarium. Ibi: *nam si communi auxilio & mero jure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium.* Excipe:

(1) Nisi

(1) Nisi extraordinarium sit pinguius, *L. 3. §. 1. naut. caup. stab.* Ibi: *quia in locato-conducto culpa* (levis) *praestatur, at hoc edicto omnimodo, qui recepit, tenetur.*

(2) Nisi ordinarium & extraordinarium competant contra diversas personas, v. c. minori actio ordinaria contra curatorem, & extraordinaria, scilicet restitutionis, contra eum, cum quo curator contraxerat, *L. 3. C. si tut. vel curat. interven.* Ibi: *licet personali actione a tutore, vel curatore, suum consequi possint, in integrum tamen restitutionis auxilium dari, jam pridem placuit.* Sed bene notandum, *praedictam legem 3.* capiendam esse de negotiis extra litem. Nam, quod ad negotia in lite, puta fatalia, eaque sive a lege, sive a judice, constituta, contra eorum lapsum minor non restituitur aliter, quam excusso curatore, *L. 13. §. ult. C. de jud.* Ibi: *litem quidem nihilo minus suum habere vigorem, omnem autem jacturam ad tutores & curatores redundare. Sin autem non sufficiat eorum substantia, tunc placuit, in integrum restitutionis auxilium eis superesse.* Nota tertium remedium ex *c. 8. X. de restit. in integr.*

L. un. C. in integr. restit. postul. &c. Ubi: restitutionem in integrum suspendere executionem sententiae. Ibi: *omnia in suo statu esse debere, donec res finiatur.* Quod secundum praxin hodiernam sic capiendum est: *modo de caussa restitutionis pariter ac laesione in continenti liqueat.*

Lib. IV. Tit. 3.

De

Dolo malo.

L. 1. §. 3. h. t. Ubi: dolum bonum quoque esse, eumque *solertia* nomine venire. Ibi: *veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro* solertia *hoc nomen accipiebant.* Quo pertinent stratagemata, quae vocantur, forensia.

L. 9. §. ult. L. 10 & 11. eod. Ubi: actionem de dolo non competere ob rem modicam, hoc est, quae duos solum aureos attingit, *d. L. 9. §. ult.* Ibi: *si modica summa sit.* Et *L. 10.* Ibi: *id est, usque ad duos aureos.* Et *L. 11. pr.* Ibi: *non debet dari.* Nota tamen, etiam ob modicam summam locum esse actioni in factum.

L. 22. pr. in fin. de damno infecto. Ibi: *eadem erunt, etsi minimum damnum detur.*

L. 11. §. 1. h. t. Unde: actionem famosam non dari adversus personas, quibus debetur reverentia. Ibi: *non dabitur, ut puta liberis* &c. *sed nec humili, aut alias vili.* Sed solum competere actionem in factum. ibi: *in factum verbis temperandam actionem.*

L. ult. C. eod. Unde: actionem de dolo præscriptione biennii tolli, adeo, ut ne quidem litis contestatione perpetuetur. ibi: *intra continuum biennium cœpta, post biennium finienda doli actionis concessam licentiam.* Nota tamen, biennio elapso, competere actionem in factum in id, quod locupletior factus sit, *L. 28. & 29. h. t.* Ibi: *perpetuo dabitur, perpetuo danda sit in factum actio,* it. *in perpetuum teneri oportere.*

Lib. IV. Tit. 4.

De *Minoribus XXV. annis.*

L. 37. pr. h. t. Unde: restitutionem in integrum ne quidem ex caussa ætatis locum habere in delictis. Ibi: *executionibus pœnarum partum non est.*

L. 35. eod. Unde: restitutionem in integrum ex caussa ætatis tum quoque competere, cum minor læsus est, habita affectionis ratione, veluti quod bonum avitum distractum sit. Ibi: *audietur, si ejus interesse approbetur, veluti quod majorum ejus fuisset.*

L. 2. C. si advers. creditor. Unde: eum, qui minori pecuniam mutuatus est pro usuris, probare oportere versionem in utilitatem minoris. Ibi: *fœnori accepisti.* Secus itaque, dicendum est de eo, qui sine usuris credidit.

L. 2. C. qui & advers. quos &c. Unde: liberis minoribus adversus parentes, quibus cum contraxerunt, beneficium restitutionis in integrum ex caussa ætatis non competere. Ibi: *nullo modo adversus parentes utriusque sexus dari restitutionem. Nam personarum reverentia omnem eis excludit restitutionem.* Contra vero adversus facta parentum cum tertio, liberis ex caussa ætatis, imo contra ipsos parentes, ex caussa communi, veluti doli, metus, absentiæ, datur restitutio, temperatis tamen verbis.

Nov. 155. c. 1. Unde: liberis minoribus, restitutionem in integrum, ex caussa ætatis quoque, contra matrem, iterum nuptam, competere. Ibi; *quæ secundas complexa sunt nuptias, non liceat.*

Lib. IV. Tit. 6.

Ex quib. cauff. major.

L. 39. h. t. Unde: absentem, qui procuratorem reliquit, per eumque defendi potuit, in integrum non restitui. Ibi: *si procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui, non auditur.* Excipiuntur tamen fatalia processus, v. c. decendium ad appellandum. Namque in illis absens, aliique privilegiarii, indistincte restituuntur, *L. ult. de in integr. restit.* Ibi: *Hactenus in integrum restitutione subveniri solet, ut appellare his permittatur.*

L. 1. §. 1. h. t. Unde: judici arbitrium competere decernendi restitutionem ex justa caussa, quamvis jure non expressa. Ibi: *si qua alia mihi justa caussa esse videbitur.*

L. ult. C. de restit. milit. Unde: militibus, iisque absentibus, & in expeditionibus occupatis, competere restitutionem in integrum. Ibi: *his solis, qui in expeditionibus occupati sunt.* Conf.

L. 1. C. de uxor. milit. Ubi eadem restitutio ad uxores militum extensa legitur. Ibi: *mulieribus, ad exemplum militum, subveniri solere.*

Lib. IV. Tit. 7.

De

Alienat. jud. mut. cauff. fact.

L. 4. §. 1. h. t. Ubi: *verecunda cogitatio ejus, qui lites exsecratur, non est vituperanda.*

Lib. IV. Tit. 8.

De

Receptis, qui arbitr. recep.

L. 76. pro socio. Unde: arbitros duum esse generum: alios in specie dictos, Schieds-Richtere, quorum arbitrium est necessitatis; alios arbitratores, quorum judicium est loco consilii, atque adeo voluntatis. Ibi: *arbitrorum enim genera sunt duo: unum ejusmodi, ut, sive aequum sit, sive iniquum, parere debeamus; alterum, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat.*

L. 5. pr. C. h. t. Unde: laudo homologato, hoc est, sententia, ab arbitro, in specie dicto, lata, eaque, vel expresse, vel tacite, puta silentio decem dierum, comprobata, alteri contra alterum competere actionem in factum, & exceptionem. Ibi: *si quidem subscripserint, it. silentio eam roboraverint, & non intra decem dies proximos attestatio missa fuerit, tunc exceptionem, & actionem, competere.*

L. 17. §. 5. & 6. eod. Unde: compromissum, in duos arbitros hac lege factum, ut, arbitris dissentientibus, tertius, isque incertus, assumatur, non valere. *d. §. 5.* Ibi: *tale compromissum non valere; nam in assumendo possunt dissentire.* Compromissum vero, in duos simpliciter factum, arbitris inter se dissentientibus, sic capiendum esse, ut arbitri, ope prætoris, tertium eligant. *d. §. 6.* Ibi: *& debet prætor cogere arbitros.* Nota, ibidem, naturalem hominum esse ad dissentiendum facilitatem.

L. 27. §. 2. h. t. Unde: standum esse sententiæ arbitri, etiamsi iniqua sit, atque adeo eandem nullo modo retractari posse. Ibi: *stari debet sententiæ arbitri, sive æqua, sive iniqua sit, & sibi imputet, qui compromisit.*

Lib. IV. Tit. 9.

Nautæ, caupon. stabular. &c.

L. 5. pr. h. t. Unde: hospites activos, Gast-Wirthe, cujuscunque sint generis, teneri ad exactissimam diligentiam. Ibi: *custodiæ nomine tenentur.*

Lib. V. Tit. I.

De

Judiciis.

L. un. C. quando Imperat. inter &c. Ubi: pupillos, non minores, quia hoc jus est singulare, *vid. L. 14. de* LL. viduas, aliasque personas miserabiles, reum, omisso foro primæ instantiæ, statim convenire posse coram summo judicio. Ibi: *judicium nostræ Serenitatis oraverint.*

L. 2. C. ubi in rem actio &c. Ubi: eum, qui alterius nomine rem possidet, ab altero conventum, ipsummet litem suscipere non debere, sed autorem nominando ex lite dimitti, v. c. conductorem. Ibi: *si quis,*

quis alterius nomine possidens, litem sustineat, debet statim in judicio dominum nominare.

L. 1. C. ubi de ratiocin. &c. Unde: eum, qui aliena negotia administravit, nusquam, quam in loco gestæ administrationis, conveniri posse. Ibi: *eum, qui administravit, ubi hæc gessit, rationem oportere reddere.*

Conf. L. 2. C. eod. in fin. Ubi ratio.

L. 3. C. de primipilo. Unde: uxoris dotem obligari pro marito ex caussa primipilari. Ibi: *si constituerit, fisco satisfactum esse ob caussam primipili.*

L. 4. C. eod. Ubi: ex eadem caussa liberos teneri, quamvis patri hæredes non existant. Ibi: *ex sola primipili caussa liberos, etiamsi hæredes non existant, teneri.*

L. 3. & 4. C. quando Fiscus vel priv. &c. Unde: fiscum, privatumque, sui debitoris debitores convenire posse, scilicet si debitum sit liquidum, & debitor ipse sit excussus, *d. L. 3.* Ibi: *si debitum non inficiantur.* Et *L. 4.* Ibi: *non prius, nisi patuerit.*

L. 2. C. de ord. judic. Unde: concurrentibus pluribus actionibus, eam esse præferendam, quæ alteri facit præjudicium. Ibi: *prius de nativitatis veritate quæri.*

Lib. V. Tit. 3.

De Hæreditatis petitione.

L. 11. C. h. t. Ubi: possessorem non teneri ad edendum suæ possessionis titulum, excepta hæreditatis petitione. Ibi: *cogi possessorem, titulum suæ possessionis dicere, incivile est, præter eum, qui dicere cogitur, utrum pro possessore, an pro hærede possideat.*

L. 7. C. d. t. Unde: hæreditatis petitioni præscribi XXX. annis. Ibi: *præscriptione longi temporis non submoveri.*

Lib. V. Tit. 4.

Si pars hæredit. petat.

L. 3. in fin. h. t. Ubi: vidua prægnante existente, filium quartam partem petere posse, propterea, quod gigni possint tergemini. Ibi: *quia fieri poterat, ut tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio adsignaverint.*

Lib. VI. Tit. 1.

De
Rei vindicatione.

L. 44. h. t. Ubi: fructus pendentes pro parte fundi haberi, atque adeo jure immobilium censeri. Ibi: *fructus pendentes pars fundi videntur.*

L. 6. h. t. Unde: rem singularem in rei vindicatione accurate, veluti a nomine, a finibus, a qualitate, quantitate & figura, describendam esse. Ibi: *debet designare rem, & utrum totam, an partem, & quotam petat.*

L. ult. d. t. Unde: reo negante, se possidere, possessionem in poenam inficiationis transferri in actorem. Ibi: *ita, ut si possit adversarius convincere, rem ab adversario possideri, transferat ad se possessionem.*

Lib. VI. Tit. 3.

Si ager vectigalis &c.

L. 1. §. 1. h. t. Unde: locationem-conductionem praediorum publicorum transferre in conductorem dominium utile. Ibi: *placuit, competere eis in rem actionem adversus quemvis possessorem.*

Lib. VII. Tit. 1.

De
Usufructu.

L. 13. quib. mod. ususfr. l. usus amitt. Unde: fructus non aliter ab usufructuario acquiri, quam accedente ejusdem facto, puta separatione a fundo, vel avectione, si sponte deciderint. Ibi: *fructuarii fructus tunc fieri, cum eos perceperit.*

L. 7. §. 2. h. t. Unde: usufructuarium 1.) sumtus modicos ferre, 2.) tributa, aliaque onera, sustinere, intellige: quatenus fructus non excedunt. Ibi: *modica refectio ad eum pertineat, quoniam & alia onera agnoscit, ut puta stipendium, vel tributum* &c.

Lib. VII.

Lib. VII. Tit. 5.

De
Usufructu ear. rer. quæ us. conf.

L. 9. §. 3. usufruct. quemadm. cav. Unde: earum etiam rerum, quæ utendo paulatim deteruntur & obsolescunt, verum esse usumfructum, atque adeo ejusmodi res, finito usufructu, in eadem specie, licet attritæ & deteriores factæ sint, reddi posse; modo fructuarius, boni viri arbitratu, pfleglich, eisdem fuerit usus. Ibi: *non obligari promissorem, si eam sine dolo malo attritam reddiderit.*

Lib. VII. Tit. 8.

De
Usu & habitatione.

L. 12. §. 1. & 4. h. t. Unde: usum ex conditione personæ, cui constitutus est, æstimandum, atque adeo interdum pro ipso usufructu habendum esse. §. 1. Ibi: *aliquo enim largius cum usuario agendum est, pro dignitate ejus, cui relictus est usus.* Et §. 4. Ibi: *si forte auriga fuit, cui usus equorum relictus est* &c. *si testator sciens, eum hujus esse instituti & vitæ, videtur etiam de hoc usu sensisse.*

L. 22. pr. eod. Unde: usum ex conditione quoque rei usuariæ dijudicandum, atque adeo interdum quoque pro usufructu habendum esse, inprimis eo casu, cum alioquin usus foret inutilis, v. c. in sylva remotiori constitutus. Ibi: *fructum quoque eis legatum videri, quia, nisi liceret legatariis cadere sylvam, & vendere, nihil habituri essent ex eo legato.*

Lib. IIX. Tit. I.

De
Servitutibus.

L. 28. de servit. præd. urbam. Ubi: omnes servitutes reales continuam caussam, i. e. aptitudinem facultatemque exercendi easdem, habere. Ibi: *omnes servitutes prædiorum perpetuas caussas habere debent.*

L. ult. in fin. C. de præscr. long. temp. Ubi: servitutes generatim, atque

atque adeo etiam discontinuas, acquiri usucapione ordinaria, hoc est, X. vel XX. annorum. Ibi: *eodem observando etsi res sint incorporales, veluti ususfructus & cætera servitutes.*

Lib. IIX. Tit. 3.
De
Servitutib. præd. rustic.

L. 8. h. t. Ubi: viam in porrectum VIII. pedes, in anfractum vero XVI. pedes habere. Ibi: *via latitudo in porrectum octo pedes habet; in anfractum, id est, ubi flexum est, sedecim.*

Lib. IIX. Tit. 4.
Commun. prædior.

L. 14. §. 1. quemadm. servit. amitt. Unde: interdum quem teneri ad constituendam alteri servitutem, v. c. itineris, tum scilicet, cum vicinus ad suum agrum aliter venire non potest. Ibi: *cum via amissa est, vicinus proximus viam præstare debet.* Intellige: præstito viæ pretio. Conf.

L. 12. pr. de religios. Ubi: eum, qui sepulchrum habet, viam autem ad sepulchrum non habet, vicinum cogere posse, ut ei præstet viam, soluto scilicet pretio. Ibi: *præses compellere debet, justo pretio ei iter præstari.*

Lib. IX. Lit. 2.
Ad Legem Aquiliam.

L. 38. §. 8. ad L. Jul. de adult. Unde: provocatum tum quoque ad sarciendum damnum teneri, cum modum defensionis excesserit. Ibi: *quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit.*

L. 45. §. 3. h. t. Unde: mutua damna compensatione tolli. Ibi: *nihil eo nomine potest agi.*

L. 25. §. 4. locati. Unde: damnum, datum per inimicum, ab eo, qui caussam inimicitiæ dedit, sarciendum esse. Ibi: *culpæ adnumeratur, si propter inimicitias vicinus arbores exciderit.*

Lib. IX.

Lib. IX. Tit 4.
De
Noxalibus actionibus.

L. 21. §. 2. h. t. Unde: debitorem alternative obligatum toties obligari simpliciter incipere, quoties factum mentitur, sive, in pœnam inficiationis & mendacii, ex debitore alternativo fieri absolutum, hoc est, amittere eligendi arbitrium. Ibi: *si negavit, judicium dabo sine noxæ deditione.*

Lib. X. Tit. 1.
Finium regundorum.

L. 28. de probat. Unde: in præscriptione immemoriali testes de auditu alieno, von hören sagen, admittendos esse. Ibi: *cum omnium hæc est opinio, nec audisse, nec vidisse, cum id opus fieret, neque ex eis audisse, qui vidissent, aut audissent.*

Lib. X. Tit. 2.
Familiæ herciscundæ.

L. 20. §. 4. h. t. Ubi: actionem familiæ herciscundæ semel tantum competere, atque adeo, quod ad res indivisas, locum esse actioni communi dividundo. Ibi: *familiæ herciscundæ judicium amplius, quam semel, agi non potest* &c. *quod si quædam res indivisa relicta sunt, communi dividundo de his agi potest.*

L. 25. §. 16. h. t. Unde: eum, qui ex re ipsa, hoc est, ex quasi-contractu, eoque vel lege, vel facto tertii, constituto, alteri obligatur, solum teneri ad præstandam culpam latam. Clarius: ad præstandam eam diligentiam, quam tempore actus celebrati in suis rebus solet adhibere. Ibi: *talem igitur diligentiam præstare debet, qualem in suis rebus.* (intellige tempore actus gesti.)

Lib. X. Tit. 3.
Communi dividundo.

L. 28. h. t. Ubi: in re communi potiorem caussam esse prohibentis. Ibi: *in re pari potiorem caussam esse prohibentis.*

L. 3. C. commun. utr. judic. Unde: divisionem extrajudicialem non solum ob dolum & læsionem ultra dimidium, sed ob quamcunque, retractari posse. Ibi: *majoribus etiam per fraudem, vel dolum, vel perperam, sine judicio factis divisionibus, solet subveniri.*

L. 10. C. eod. Unde: verba enunciativa in testamento non probare, v. c. inventarium, a parente factum, liberis non præjudicare. Ibi: *quo minus res, quarum testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit.*

Lib. XI. Tit. 1.

De
Interrogation. in jur. fac.

L. 11. §. 3. 4. 5. & 7. h. t. Unde: eum, qui, in judicio interrogatus, vel falso negat, vel sine justa caussa tacet, vel respondet, sed non ad interrogata, aut obscure, in solidum obligari, propter mendacium. *§. 3.* Ibi: *mendacii hanc pœnam feret, quod in solidum convenitur. Non enim debuit mentiri.* Et §. 4. Ibi: *qui tacuit apud pratorem, in ea caussa est, ut in solidum conveniatur. Nam, qui omnino non respondit, contumax est, quia pratorem contemnere videtur.* Et §. 5. Ibi: *ut omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit.* Et § 7. Ibi: *nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus, an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.*

Lib. XI. Tit. 3.

De
Servo corrupto.

L. 14. §. 1. h. t. Unde: actionem de servo corrupto utilem competere de liberis & famulis nostris. Ibi: *utilis competit officio judicis æstimanda: quoniam interest nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi.*

Lib. XI. Tit. 5.

De
Aleatoribus.

Auth. interdicimus C. de Episc. & Cler. Ubi: Clericos non solum ludentes, aut, aliis ludentibus, participes, sed & spectatores, vel in lusu,

lusu, vel in quolibet spectaculo, per triennium suspendi. Ibi: *interdicimus omnibus ad tabulas ludere, aut, aliis ludentibus, participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum venire. Si quis autem ex his deliquerit, jubemus hunc tribus annis a venerabili ministerio probiberi.*

L. ult. C. de aleatorib. Unde: 1.) in ludo perditum repeti posse, nec solum a victis, sed etiam eorum parentibus, puta condictione ex lege, immo, nemine agente, fiscum recipere. 2.) eandem actionem demum excludi 50. annorum præscriptione. 3.) licitum esse inter alios ludos Quintanum, Ringrennen, a quodam Quinto ita nominatum. 4.) non licere in ludis etiam licitis ludere ultra unum solidum. 5.) hospites ludentium puniri amissione actionis ob injuriam, damno ob mutuum, imo eorundem domos publicari. Ibi: *solutum reddatur* &c. *aut his negligentibus, a patre, vel recipiat fiscus, non obstante, nisi quinquaginta annorum, præscriptione. Quintanum.* Junge

L. 1. C. eod. Ibi: *ludere vibratione Quintiana, a quodam Quinto ita nominata. Nec permittimus etiam in his ludere, ultra unum solidum, domibus eorum publicatis, ubi hæc reperiuntur.* Junge

L. 1. §. 3. h. t. Ibi: *prætor simpliciter ait: si quid subtractum erit, judicium non dabo.*

Lib. XI. Tit. 6.

Si mensor fals. mod. dix.

L. 1. §. 1. h. t. Unde: mensores solum ob dolum vel culpam latam teneri. Ibi: *hæc actio dolum malum duntaxat exigit. Lata culpa plane dolo comparabitur.*

Lib. XI. Tit. 7.

De *Religiosis* &c.

L. 3. §. 5. de sepulcb. violat. Ubi: ex rescripto Hadriani pœnam XL. aureorum, eamque fisco inferendam, statutam esse in eos, qui in civitate sepeliunt, prohibiti statutis contrariis. Ibi: *Hadrianus rescripto pœnam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in civitate sepeliunt, quam fisco inferri jussit.* Item: *oportet imperialia statuta in omni loco valere.*

 L. 14.

L. 14, §. 5. & 6. h. t. Ubi : 1.) ornamenta cum corporibus condi non debere. *d. §. 5.* Ibi : *non autem oportet ornamenta cum corporibus condi.* 2.) impensas funebres immodicas non repeti, ne quidem volente defuncto, factas. *d. §. 6.* Ibi : *si immodice factum est,* item : *nec voluntatem sequendam, si res egrediatur justam sumtus rationem.*

L. 22. h. t. Unde: maritum teneri ad sepeliendam uxorem in subsidium demum, hoc est, deficientibus propriis bonis. Ibi : *ex dote, & caeteris mulieris bonis, funeranda est.*

Lib. XII. Tit. 1.
De
Rebus creditis.

L. 32. h. t. Unde : toties ex aequitate competere actionem ; quoties pecunia mea ad te, me ignorante, pervenit, & consumta est. Ibi : *sed propius est, ut, obligari te, existimem, quia pecunia mea ad te pervenit, eam mihi a te reddi, bonum & aequum est.*

Auth. contra C. de non num. pec. Ubi : eum, qui negat propriam manum, puniri duplo. Ibi : *convictus in duplum condemnetur.*

Lib. XII. Tit. 2.
De
Jurejurando sive volunt. s. nec.

L. 9. §. 2. h. t. Unde : jusjurandum judiciale, etiam in caussis famosis, e. gr. furti, deferri posse. Ibi : *si damnetur quis post jusjurandum ex famoso judicio.* Conf.

L. 34. pr. eod. Ibi : *& ad omnes res locum habet.*

L. 31. h. t. Ubi : jusjurandum, a parte parti delatum, praetextu instrumentorum noviter repertorum, retractari non posse. Ibi : *si alias inter ipsos jurejurando transactum sit negotium, non conceditur eandem caussam retractare.* Secus est in suppletorio.

L. 34. §. 4. h. t. Ubi : jusjurandum calumniae non esse praestandum, nisi exigatur. Ibi : *Si hoc exigatur.*

L. 11. C. de reb. cred. Ubi : eum, qui jusjurandum defert, deinceps ad probationes ordinarias reverti posse, ad jusjurandum vero redire non posse. Ibi : *nemini licere penitus iterum ad sacramentum recurrere. Licere quidem hoc facere, & alias probationes praestare, ita tamen* &c.

L. 2.

L. 2. C. d. t. Unde: perjurium Jure Civili impunitum esse. Ibi: *jurisjurandi contemta religio satis DEUM ultorem habet.*

Lib. XII. Tit. 3.

De

In litem jurando.

L. 2. C. h. t. Unde: jusjurandum in litem etiam ob latam culpam deferri. Ibi: *neque lata culpa.*

L. 4. §. 2. h. t. Unde: in jurejurando in litem affectionis jurari posse in infinitum, ita tamen, ut judex tum ante, tum post præstitum jusjurandum, summam taxatam moderare possit. Ibi: *jurare in infinitum licet.* Item: *possit & taxationem jurijurando adjicere.*

Lib. XII. Tit. 5.

De

Condictione ob turp. l. injust. caus.

L. 4. §. 3. h. t. Ubi: datam mercedem a meretrice repeti non posse. Ibi: *repeti non potest, nova ratione. Illam enim turpiter facere, quod sit meretrix; non turpiter accipere, cum sit meretrix.*

L. 2. §. 2. h. t. Ubi: eum, qui judici dat in bona caussa, condicere quidem datum posse, sed ipsummet litem perdere. Ibi: *condictioni locum esse. Litem eum perdere.*

Lib. XII. Tit. 6.

De

Condictione indebiti.

L. 26. §. 3. & L. 40. h. t. Ubi: eum, qui exceptionem peremtoriam habet, solutum per errorem modo repetere posse, modo non posse. Posse, quoties exceptio data est in gratiam solventis debitoris, v. c. exceptio SCti Vellejani; non posse, quoties exceptio datur in odium creditoris, veluti exceptio SCti Macedoniani. Ibi: *siquidem ejus caussa exceptio datur, cum qua agitur, solutum repetere potest. Ubi vero in odium ejus, cui debetur, exceptio datur, perperam solutum non repetitur.*

Lib. XIII. Tit. 1.

De
Condictione furtiva.

L. 8. §. 1. h. t. Unde: in rebus fungibilibus, sive ex contractu, sive ex delicto, debitis, ob moram, spectari tempus, quo res unquam plurimi fuit. Ibi: *placet tamen, id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit.*

Lib. XIII. Tit. 4.

De
Eo, quod certo loco &c.

L. 8. h. t. Unde: obligationem, quæ ex solo officio judicis venit, ad fidejussorem non prorogari. Ibi: *nec oportebit obligationem fidejussoris augeri.* It. *circa cujus executionem æstimationis ratio arbitrio judicis committitur.*

Lib. XIII. Tit. 5.

De
Pecunia constituta.

L. 21. §. 1. h. t. Ubi: nullo tempore adjecto, promissori dari tempus modicum, non minus decem dierum. Ibi: *Sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, ut exactio celebretur.*

Lib. XIV. Tit. 1.

De
Exercitoria actione.

L. 2. de instit. act. Unde: præponenti ex contractu præpositi, contra eum, cum quo præpositus contraxit, non competere actionem, nisi in subsidium, id est, cum præponens a præposito ordinaria actione suum consequi non possit. Ibi: *si modo aliter rem suam servare non potest.*

Lib. XIV.

Lib. XIV. Tit. 2.

De

Lege Rhodia de jactu.

L. 2. §. 1. h. t. Unde: locatorem operæ, damnum instrumentis datum, a conductore petere non posse, v. c. fabrum, si malleum fregerit. Ibi: *quia dissimilis earum rerum caussa sit, quæ navis gratia parentur, & earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit: nam etsi faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locaverit opus.* Conf.

L. 6. eod.

Lib. XIV. Tit. 3.

De

Institoria actione.

L. ult. h. t. Unde: actionem contra officialem, durante, non finito, officio, institui posse. Ibi; *nec æquitatem conveniendi eum superesse: cum id institoris officio scripsisset.*

Lib. XIV. Tit. 6.

De

SCto Macedoniano.

L. 10. h. t. junct. L. 9. §. 5. eod. Ubi: filium familias naturaliter ex mutuo obligari pecuniario, non obstante SCto Macedoniano, atque adeo solutum non repetere. Ibi: *quanquam solvendo non repetant, quia naturalis obligatio manet.*

L. 11. h. t. Unde: exceptiones juris v. c. SCti Macedoniani, Vellejani, interdum post sententiam, in ipsa executione, opponi posse. Ibi: *utuntur SCti exceptione, exemplo mulieris intercedentis.*

Lib. XV. Tit. 3.

De

In rem verso.

L. ult h. t. Unde: ex gestione personæ liberæ dari actionem de in rem verso utilem. Ibi; *dandam de in rem verso utilem actionem.*

Lib. XV.

Lib. XV. Tit. 4.

Quod jussu.

L. 7. §. 1. C. quod cum eo &c. Unde: actionem quod jussu utilem competere contra alias personas, præter dominum & patrem, eas jubentes, modo is, cui jubetur, jubenti reverentiam debeat. Ibi: *pervides, nullam te habuisse actionem, nisi* &c.

Lib. XVI. Tit. 1.

Ad SCtum Vellejanum.

L. 21. C. h. t. Unde: mulierem, non obstante SCto Vellejano, valide jus hypothecarium remittere. Ibi: *licere mulieribus juri hypothecarum, sibi competenti, renunciare.*

Auth. si qua mulier C. ad SC. Vell. Unde: intercessionem uxoris pro marito omnimodo esse interdictam. Ibi: *hoc nullatenus valere, sive semel, sive multoties.*

L. 22. C. eod. Unde: eum, qui ex promissione regulariter non obligatur, iterata deinceps post biennium promissione, valide obligari. v. c. mulierem ex caussa intercessionis. Ibi: *sin autem post biennium hæc fecerit, sibi imputet, si, quod sæpius cogitare poterat, & evitare, non fecit, sed ultro firmavit.*

Lib. XVI. Tit. 2.

De *Compensationibus.*

L. 36. de dolo malo. Unde: dolum dolo compensari. Ibi: *si duo dolo malo fecerint, invicem de dolo non agent.*

L. 1. C. h. t. Unde: in distinctis stationibus, i. e. administrationibus & officiis, compensationi locum non esse. Ibi: *ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat, quæ petit. Atque hoc juris propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est.*

Lib. XVI. Tit. 3.

Depositi vel contra.

L. un. C. de probib. sequestrat. Unde: judicem regulariter rem litigiosam sequestrare, id est, administrationem possessori adimere, & tertio conferre non posse. Ibi: *sequestrationis necessitas conquiescat.*

Lib. XVII. Tit. 1.

Pro socio.

L. 67. §. 1. h. t. Unde: illud, quod socius, isque particularis, ex pecunia communi sibi comparavit, non fieri commune, v. c. usuras. Ibi: *nam si suo nomine* &c. *usuras ipsum retinere oportet.*

L. 52. §. ult. h. t. Unde: ex societate omnium bonorum solvendum esse, neque, ea finita, repeti posse, quod in dotem unius filiæ, vel studia unius filii, datum. Ibi: *consecuturum.*

Lib. XVIII. Tit. 1.

De Contrahenda emtione.

L. ult. C. de vendend. reb. civit. Unde: in rebus ecclesiæ ac civitatis vendendis scripturam esse necessariam. Ibi: *propositis sacrosanctis scripturis.*

Rubr. & L. 2. 3. C. sine censu vel reliquis &c. Unde: venditionem prædii sine tributis non valere. *Rubr.* Ibi: *comparari non posse. L. 2.* Ibi: *nec liceat cuiquam rem sine censu comparare.* Et *L. 3.* Ibi: *pactione illicita.* Quod intelligendum est inprimis, secundum receptam in foro Saxonico Electorali sententiam, in præjudicium fisci. Ideoque ejusmodi pactum inter ipsos contrahentes valet, ad effectum consequendi interesse. *vid. Resolut. 6.*

L. 2. qua res export. non deb. Ubi: cum hoste mercari non licere. Ibi: *nemo audeat venundare.* Idque sub pœna capitis & confiscationis bonorum. Ibi: *bona ejus universa protinus fisco addici, ipsum quoque capitalem pœnam subire decernimus.*

L. 3. C. de commerciis. Ubi: nobilibus mercaturam, præsertim

 sordi-

fordidam, non convenire. Ibi: *nobiliores mercimonium exercere prohibemus.*

L. 16. de reb. auctor. jud. possid. Unde: in fubhaftationibus bonorum debitoris extraneo præferri 1.) creditorem, &, pluribus concurrentibus, eum, cui major quantitas debetur. 2.) cognatum. Ibi: *potior habetur creditor cognatusve. Magis tamen creditor, quam cognatus, & inter creditores potior is, cui major pecunia debetur.*

L. un. C. non licere habitatorib. &c. Unde: jus retractus competere convicaneis, i. e. eidem metrocomiæ, five vicinorum capiti finium, Amte oder Gerichten adfcriptis. ibi: *non licere ei, nisi ad habitorem adscriptum ejusdem metrocomiæ, transferre.*

Lib. XVIII. Tit. 2.

De
In diem addictione.

L. 8. h. t. Unde: in addictione in diem emtorem priorem fe ad tantundem, quod pofterior adjecit, offerre poffe. ibi: *necesse habebit venditor priorem emtorem certiorem facere, ut, si quid alias adjicit, ipse quoque adjicere possit.*

L. 31. §. 22. de Aedilit. edict. Unde: fi ita contrahatur, ut res fit inemta, fi difplicuerit, nullo certo tempore expreffo, intra LX. dies licere a contractu recedere. Ibi: *si de tempore nihil convenerit, in factum actio intra sexaginta dies utiles accommodatur emtori ad redhibendum.*

Lib. XVIII. Tit. 3.

De
Lege commissoria.

L. ult. h. t. Unde: verbis directis concepto pacto, v. c. res efto inemta, contractus efto nullus, contractum ipfo jure refolvi, atque adeo dominium redire ad venditorem. Ibi: *ut a venditrice vindicari debeant ex conventione.*

L. 3. C. de pact. inter emtor. & vend. Unde: verbis obliquis concepta pacta, v. c. ut res reftituatur, ut ad venditorem revertatur, ut venditori eam recipere liceat &c. contractum ipfo jure non refolvi, fed folum alteri contra alterum ex ejusmodi pacto competere actionem perfonalem. Ibi: *rei vindicationem non habet, sed actionem ex vendito.*

Lib. XVIII.

Lib. XVIII. Tit. 4.

De

Hæreditate & actione vendita.

L. 3. C. de novationib. Unde: ante factam debitori cesso denunciationem cessionis, liberum esse debitori cesso, utrum cessionario, an cedenti, solvere velit, immo ipsummet cedentem nomen exigere posse. Ibi: *antequam debitori tuo denunciaveris, exigere a debitore tuo non vetaris.*

L. 2. C. de commun. rer. alien. Unde: fiscum, ex singulari privilegio, rem ex parte suam, atque adeo communem, in solidum distrahere, immo oppignorare posse, salva condomino pretii parte. Ibi; *sia fisco facta sit venditio, fidem ejus infringi, minime rationis est.*

Lib. XVIII. Tit. 6.

De

Peric. & commod. rei vend.

L. 34. § 5. de contrah. emt. Ubi: in venditione sub gustu licitam esse pœnitentiam, non similiter in venditione sub quantitate. Ibi: *gustus ad hoc proficit, ut improbare liceat, mensura vero non eo proficit, ut aut plus, aut minus, veneat.*

L. 1. §. pen. h. t. Ubi: venditorem stricto jure effundere posse vinum, si in mora sit emtor; humanius vero non effundere, sed potius experiri ad interesse. Ibi: *licet effundere vinum, si tamen, cum posset effundere, non effundit, laudandus est potius, ea propter mercedem quoque doliorum potest exigere.*

Lib. XIX. Tit. 2.

Locati conducti.

L. 25. C. h. t. Unde: conductorem locatori, rem locatam, finito usufructu, repetenti, quæstionem dominii referre non posse. Ibi: *possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare.*

Lib. XIX. Tit. 3.

De

Æstimatoria.

L. 17. §. 1. præscr. verb. Unde: in contractu periculum pertinere ad rogantem. Ibi: *siquidem ego te rogavi, meum esse periculum; si tu me, tuum.*

Lib. XX. Tit. 2.

In quib. causs. pign. l. hypoth.

L. 6. §. ult. C. de bon. quæ liber. Unde: liberis ratione bonorum maternorum, aliorumque adventitiorum, in bonis patris administrantis competere hypothecam tacitam. Ibi: *in maternis, cæterisque donationibus.*

L. un. C. etiam ob chirograph. pec. Ubi: creditorem, soluto debito hypothecario, etiam ob chirographarium debitum pignus retinere posse. Ibi: *nisi ea pecunia tibi reddatur, quæ sine pignore debetur, eam restituere non cogeris.*

Lib. XX. Tit. 3.

Quæ res pignori l. hypoth. dat.

L. ult. C. quæ res pign. oblig. Unde: hypothecam etiam verbis æquipollentibus, v. c. fide & periculo rerum mearum, vel per rerum mearum exactionem, satisfieri, promitto &c. constitui. Ibi: *sufficere ea verba ad hypothecam.*

L. 5. C. eod. Ubi: spem præmiorum pignorari non posse. Ibi: *spem præmiorum pignorari, minime admittendum est.*

L. 8. C. eod. Ubi: instrumenta agriculturæ, eorundemque exemplo libros studiosorum, pignorari non posse. Ibi: *pignorum gratia, quod ad culturam agri pertinet, auferri non convenit.*

Lib. XX. Tit. 4.

Qui potior. in pign. &c.

L. 11. C. h. t. Ubi: hypothecam judicialem posteriorem anteferri hypothecæ extrajudiciali, tempore priori. Ibi: *cum, qui instrumentis, publice confectis, nititur, præponi, etiamsi posterior is contineatur.*

L. 7.

L. 7. C. h. t. Ubi: eum, qui ad emendam rem mutuo dedit, & sibi in continenti de hypotheca prospexit, anteferri creditoribus, priorem hypothecam generalem habentibus. Ibi: *eum, cujus pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter, statim convenit, omnibus anteferri.*

L. 1. C. de his, qui in prior. credit. loc. &c. Unde: eum, qui mutuo dedit, ad dimittendum creditorem hypothecarium, hoc pacto, ut in locum creditoris hypothecarii, pecunia sua dimissi, succedat, etiam sine cessione, ejusdem creditoris jure, i. e. hypotheca, uti. Ibi: *cum is, qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, ut idem pignus ei obligetur & in locum ejus succedat.*

L. 24. §. ult. de reb. auctor. jud. poss. Unde: eum, qui mutuo dat, ad dimittendum creditorem privilegiarium, etiam sine pacto, cum debitore inito, in ejus locum succedere. Ibi: *eorum ratio prior est creditorum, quorum pecunia ad creditores privilegiarios pervenit.*

L. ult. C. de his, qui in prior. cred. loc. &c. Unde: creditorem posteriorem hypothecarium etiam sine pacto succedere in locum prioris, ejus pecunia dimissi. Ibi: *tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, ut succedas in jus.*

Lib. XX. Tit. 5.

De
Distract. pign. & hypoth.

L. 7. §. fin. h. t. Unde: pactum de non vendendo toties impedire venditionem, quoties appositum est ab eo, qui habet jus in re, v. c. hypothecam. Ibi: *nullam esse venditionem, ut pactioni stetur.*

L. 3. C. de pignorib. Unde: creditorem hypothecarium, vi pacti initi, ut ei liceat propria auctoritate hypothecam occupare, illud quidem facere posse, modo debitori non resistat. Ibi: *vim quidem facere non videntur.*

Lib. XX. Tit. 6.

Quib. mod. pign. l. hypoth. solv.

L. 8. §. 15. h. t. Unde: subscriptionem quidem, non vero nudam scientiam, venditionis, sufficere, ut creditor hypothecarius remisisse hypothecam intelligatur. Ibi: *non videtur consensisse creditor, si sciente eo,*

eo, debitor rem vendiderit &c. *sed si subscripserit forte, consensisse videtur.* Excipe tamen venditionem in causa privilegiaria, *L. 1. C. de remiss. pign.* Ibi: *sciente ea.* Item in libertate.

Lib. XXI. Tit. 1.
De
Ædilitio edicto.

L. 48. §. ult. h. t. Unde: in rebus minimis redhibitioni locum non esse. Ibi: *singularium venditionum caussa ne sit redhibitio, in usu est.*

L. 38. pr. eod. Unde: actioni redhibitoriæ circa jumenta & ornamenta præscribi LX. diebus, ob vitium corporis vero VI. mensibus, ceterum actioni æstimatoriæ sive quanti minoris præscribi anno. Ibi: *de ornamentis jumentisve in diebus sexaginta; morbi autem in sex mensibus, vel quo minoris in anno.* Conf.

L. 19. §. ult. eod. Ubi: VI. menses, item annum intelligi utilem ratione initii, i. e. a die scientiæ computandum. Ibi: *Sex menses utiles, annus utilis.*

L. 45. eod. Unde: venditorem rei vitiosæ ob contumaciam in reddendo pretio, condemnari in duplum. Ibi: *dupli pretii & accessionis condemnari jubetur.*

Lib. XXI. Tit. 2.
De
Evictionib. & dupl. stipul.

L. 51. pr. h. t. Unde: factum, damnumve, a tertio emtori per malitiam datum, a venditore præstandum non esse. Ibi: *negamus auctoris damnum esse debere, injuria enim, quæ fit emtori, auctorem non debet contingere.*

L. 37. §. 1. h. t. Unde: duplum tum demum evictionis nomine promitti posse, cum mancipia venduntur, vel res pretiosiores. Ibi: *non ex omni re, sed de his rebus, quæ pretiosiores essent.*

L. 44. de act. emt. Unde: eum, qui ignorans rem alienam vendidit, teneri ad interesse, usque ad duplum: eum vero, qui sciens, teneri etiam ultra duplum. Ibi: *non ultra duplum.*

L. 27. C. h. t. Unde: eum, qui sciens rem alienam emit, ne pretium quidem a venditore repetere posse. Ibi: *quod eo nomine dedit, contra juris poscit rationem.*

L. 11.

L. 11. h. t. Unde: re facto principis evicta, venditorem evictionis nomine non teneri. Ibi: *futuros casus evictionis ad venditorem non pertinere.*

Lib. XXII. Tit. 1.

De
Usuris & fructibus.

L. 6. pr. h. t. Unde: ex solutione usurarum, longo tempore, id est, decennio, facta, in dubio præsumi sortem. Ibi: *ideo solvendas usuras judicavit, quod eas longo tempore præstitisset.*

L. 13. C. h. t. Unde: usuras, aliasque accessiones, ab actore petitas quidem, sed in sententia omissas, denuo peti non posse, si solo judicis officio, v. c. ex mora, debeantur; posse vero, si debeantur ex peculiari caussa, v. c. ex stipulatione. Ibi: *finita retractanda non sunt.*

L. 26. C. h. t. Ubi: mercatoribus usuras bessales, id est, VIII. pro centum, permitti. Ibi: *illos, qui ergasteriis præsunt, vel aliquam licitam negotiationem gerunt, usque ad bessem.*

L. 10. C. h. t. Unde: usuras, particulariter solutas, ultra alterum tantum currere. Ibi: *tunc enim ultra sortis summam usuræ non exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem.* Idem cautum est *Decis. 29.*

L. 5. C. h. t. Unde: creditorem, recipiendo per triennium minores usuras, sibi retro & in futurum præjudicare ratione usurarum, ita, ut non possit deinceps majores petere, non vero etiam ratione sortis. Ibi: *si probetur per certos annos minores postea consecutus, utilis est pacti exceptio.* Juncta *L. 1. C. de fideicommiss.* Ibi: *permultum temporis, id est, non minus triennio.*

Lib. XXII. Tit. 4.

De
Fide instrumentorum.

L. 31. C. de donat. Unde: in instrumentis notariorum non esse necessariam testium subscriptionem. Ibi: *& sine testium subnotatione valent.*

Nov. 90. c. 2. Unde: quinque testes, eosque rogatos, requiri ad probandam contra instrumentum publicum solutionem. Ibi: *assumantur testes: tabularii duo.*

C. 20. C. h. t. Unde: comparationem literarum probabiliter probare, atque adeo caussam occasionemque jurijurando suppletorio vel purgatorio dare. Ibi: *comparationes literarum.*

Lib. XXII. Tit. 5.

De *Testibus.*

L. 20. h. t. Unde: in caussis criminalibus minorem 20. annis testem esse non posse. Ibi: *aut qui minor 20. annis erit.*

L. ult. h. t. Unde: advocatum, nec finita advocatione, pro cliente testari posse. Ibi: *cui patrocinium praestiterunt.*

Lib. XXIII. Tit. 1.

De *Sponsalibus.*

L. ult. C. h. t. Unde: sponsalia quidem non posse contrahi sub stipulatione poenali: posse tamen contrahi sub quadruplo arrharum. Ibi: *nisi specialiter inter contrahentes de eadem quadruplicatione placuerit.* &c. Ibi: *si cautio, poenam stipulationis continens, fuerit interposita, nullas vires habebit.*

Lib. XXIII. Tit. 3.

De *Jure Dotium.*

L. 22. §. ult. solut. matrim. Unde: dotem putativam eadem cum vera privilegia habere. Ibi: *concedi oportet quasi privilegium in bonis viri mulieri.*

L. ult. C. de Dot. promiss. Unde: patrem dotare debere filiam, etiam emancipatam & divitem; amplius eandem in dubio de suis bonis dotasse intelligi; imo de suis & filiae bonis dotem promittentem intelligi promisisse de suis, & in subsidium demum, si ea non sufficiant, de filiae bonis. Ibi: *vel forte emancipatus* &c. *ex sua liberalitate hoc fecisse intelligi* &c. *si vero & ipse substantiam idoneam possidet, in hoc casu quasi de suo patrimonio dedisse intelligatur.*

L. 14. C. h. t. Unde: matrem regulariter ad filiam dotandam non teneri; teneri vero ex magna caussa, veluti: quod ipsa sit dives, pater vero

vero inops. Ibi: *neque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna & probabili caussa.*

L. 29. C. h. t. Unde: uxorem, constante matrimonio, tum dotem repetere posse, cum maritus vergat ad inopiam. Ibi: *Ubi, matrimonio adhuc constituto, maritus ad inopiam sit deductus* &c. *ita eam posse easdem res vindicare.*

Lib. XXIII. Tit. 4.

De

Pactis dotalibus.

L. 12. C. de Jure Dot. & L. 54. ꝟ. eod. Unde: fundum, ex pecunia dotali emtum, regulariter acquiri marito, in subsidium vero uxori, h. e. uxorem tum demum ejusmodi fundum vindicare posse, cum aliunde ex bonis mariti eidem satisfieri non possit. *c. l. 12.* Ibi: *non tibi queritur* &c. *ac dotis tantum actio tibi competit.* & *L. 54.* Ibi: *dotales esse videntur.*

L. 2. C. ne fidejuss. vel mand. dot. dentur. Ubi: fidejussionem, dotis nomine a marito præstitam, ipso jure nullam esse. Ibi: *nullam esse satisdationem.*

Lib. XXIV. Tit. I.

De

Donationibus inter virum & uxorem.

L. 5. §. 2. h. t. Unde: etiam inter conjunctas personas, ratione potestatis, prohibitam esse donationem. Ibi: *non valere.* Confer. *l. 4. C. eod.*

L. 23. h. t. Unde: morte donantis conjugis non convalidari donationem inter conjuges, nisi a vivo donatore res sit tradita. Ibi: *non putabat conveniri posse heredem mariti, licet durante voluntate maritus decesserit.*

L. 25. C. eod. Unde: donationem conjugis, item parentis, 500. solidos excedentem, ratione excessus non convalidari morte donatoris, nisi vel Actis insinuata, vel a moriente expresse confirmata sit. Ibi: *amplioris quantitatis donationem minime intimatam nec confirmari concedimus. Sin vero specialiter eas donator confirmaverit, rata habebuntur.*

L. 5. §. 5. h. t. Unde: contractum inter virum & uxorem regulariter non esse prohibitum, nisi fiat in fraudem. Ibi: *venditionem donationis caussa nullius esse momenti* &c. *venditionem quidem valere*.

Lib. XXIV. Tit. 3.

Soluto matrimonio.

L. 21. §. 1. de re judic. Unde: eum, qui negat caussam privilegii, ipsum amittere privilegium. Ibi: *Ut neganti, se socium esse, non succurratur*.

Lib. XXV. Tit. 3.

De Agnoscendis & alendis liberis.

L. 1. §. 47. de O. I. Unde: nonnulli colligunt, praeceptores a discipulis in subsidium alendos esse. Ibi: *ergo Sabino* &c. *huic nec ampla facultates fuerunt, sed plurimum a suis auditoribus sustentatus est*.

L. 13. §. ult. de administr. tut. Unde: etiam fratres & sorores in subsidium teneri ad alendum. Ibi: *Aliud est, si matri forte, aut sorori, ea, qua ad victum necessaria sunt, praestiterit, cum semet ipsa sustinere non possit*.

Lib. XXVI. Tit. 7.

De Administr. & peric. tut.

L. 7. §. 3. h. t. Unde: tutorem pecuniam pupillarem in primis in praediorum comparationem, iisque deficientibus, foenori exponere debere, idque sub poena usurarum. Ibi: *si comparare praedia tutores neglexerunt, incipient in usuras conveniri*. Confer.

Nov. 72. c. 6. Unde: sufficere, si tutor pecuniam pupillarem bene servet & custodiat. Ibi: *sancimus, nullam necessitatem esse curatoribus minorum pecunias foenerare, sed caute reponere & reservare*.

Lib. XXVI.

Lib. XXVI. Tit. 9.

Quando ex facto tutoris &c.

L. 2. h. t. Unde: re ex pecunia pupilli a tutore comparata, aut obligatione ex eadem pecunia a tutore contracta, dominium obligationemque utiliter ipsi acquiri pupillo. Ibi: *utilis actio ei, cujus pecunia fuit, datur ad rem vindicandam, vel pecuniam exigendam.*

L. 7. pr. qui pot. in pign. Unde: in re, ex pecunia pupilli ab extraneo comparata, pupillo acquiri hypothecam. Ibi: *idemque est, si ex nummis pupilli res fuerit comparata.*

Lib. XXVI. Tit. 10.

De

Suspectis tutor. vel curat.

L. 7. pr. de administr. tut. Unde: tutorem inventarii non confecti nomine adeo non teneri, ut adversus eum pupillus jurare possit in litem, quod hodieque tanquam singulare jus valet, ita, ut tutor ab hac pœna non levetur, edendo juratam specificationem, utpote quæ cum inventario exæquatur, quod ad hæreditatem, non quod ad tutelam. *§. 8.* Unde: tutores, qui pecunias pupillares in proprios usus converterunt, teneri ad usuras centesimas. Ibi: *gravissima usura pendatur.*

Lib. XXVII. Tit. 7.

De

Fidejussoribus & nominatoribus.

L. 2. h. t. Unde: eum, qui tutorem postulat aut nominat, solum pro fidejussore haberi, ibi: *postulare*, ibi: *nominare.*

L. 4. §. ult. eod. Unde eum, qui præsens tacuit, & passus est, nomen suum in Acta referri. Ibi: *eum, qui affirmavit, tutorem idoneum esse*, similiter haberi pro fidejussore. Ibi: *si præsentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica sunt passi: æquum est perinde teneri* &c. *eadem caussa videtur affirmatorum.*

Lib. XXVII. Tit. 8.

De

Magistratibus conveniend.

L. ult. C. h. t. Unde: Notarium condictione ex hac lege teneri, sin minus scriptum sit. Ibi: *sed super negligentia vel dolo scribæ legibus erit agendum.*

Lib. XXVII. Tit. 9.

De

Rebus eorum, qui sub tutel.

L. ult. C. si major factus. Ubi: querelam nullitatis, quæ competit minori a majorennitate, excludi quinquennio in onerosis; decennio vero vel vicennio in lucrativis. Ibi: *si quinque continuos annos nihil conquestus est, minime posse retractari, si donationis titulo, non aliter firmitatem habebit, nisi inter præsentes decennium, inter absentes vicennium effluxerit.*

Lib. XXIX. Tit. 6.

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coëgerit.

L. ult. h. t. Unde: blanditias instituti hæredis non officere, quo minus testamentum valeat. Ibi: *virum, qui offensam ægræ mulieris maritali sermone placaverat, in crimen non incidisse, respondit.*

Lib. XXXII. Tit. 3.

De

Legatis & fideicommissis.

L. 29. §. pen. h. t. Ubi: in legato generis hæredem non aliter teneri ad præstandam evictionem, quam si ante litem contestatam fiat denunciatio. Ibi: *debere te, priusquam judicium accipiatur, denunciare hæredi* &c.

L. 38 §. 3. h. t. Unde: verba: *ita fiet, ut fundus de nomine vestro non exeat*, esse solum enunciativa, non dispositiva, atque adeo prohibitionem

bitionem alienationis non inferre. Ibi: *testamenti autem factionem in extraneos etiam heredes habiturum.*

Lib. XXXIII. Tit. 1.
De
Annuis & menstruis legatis & fidei-commissis.

L. 7. §. ult. C. de præscript. 30. annor. Unde: annuis præstationibus non universis, sed singulis, præscribi, hoc est, annuas præstationes non una 30. annorum præscriptione tolli, sed ad quamlibet propriam requiri præscriptionem, idque nullo discrimine, sive debeantur ex ultima voluntate, sive ex contractu. Ibi: *in his etiam promissionibus vel legatis vel aliis obligationibus* &c. *ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis* &c. Secus in Saxonia Elect. p. 2. const. 2.

Lib. XXXIII. Tit. 9.
De
Penu legata.

L. 4. §. 3. h. t. Ubi: Paulus se in scholis didicisse nomen penus esse generis omnis. Ibi: *nomen autem penus mihi traditum est omnibus generibus dictum.*

Lib. XXXIV. Tit. 1.
De
Alimentis vel cibariis legatis.

L. 6. h. t. Unde: vocabulo: alimentorum, ex dispositione hominis debitorum, v. c. legatorum, sumtus studiorum non contineri. Ibi: *cætera, quæ ad disciplinam pertinent, legato non continentur.*

Lib. XXXIV. Tit. 5.
De
Rebus dubiis.

L. 9. § 1. h. t. Unde: in dubio toties priorem puberem mortuum præsumi; quoties agitur de successione ascendentium, v. c. patrem

præ filio. Ibi: *patrem prius mortuum.* Secus eſt, cum agitur de ſucceſſione extranei.

Lib. XXXIV. Tit. 12.

De

His, quæ pro non ſcriptis habentur.

L. 2. C. de his, qui ſibi adſcrib. Ubi: legatum, ſibi ipſi in teſtamento aut codicillis, dictitante licet teſtatore, adſcriptum, non valere, niſi teſtator ipſe manu ſua ſcribenti reliquiſſe adſcripſerit. Ibi: *ſi teſtator ſua manu adſcripſit.* Item: *ſi teſtamentum dictitaſſe ſignificavit, legato abſtinere debes.*

Lib. XXXVI. Tit. 1.

Ad

SCtum Trebellianum.

Nov. 159. c. 2. Ubi: re extra familiam alienari prohibita, prohibitionem usque ad quartum gradum, non ultra, factam intelligi. Ibi: *ſi poſt quatuor demum generationes.*

L. 22. §. 3. h. t. Unde: hæredem fiduciarium latam tantum culpam præſtare. Ibi: *ejus, quæ dolo proxima eſt,* &c. Item: *lata culpa, non levi.*

Nov. 108. c. 1. Unde: in fideicommiſſo, ita, ut reſtituatur, quicquid ſupererit, relicto, licitam eſſe alienationem usque ad quadrantem. Ibi: *usque ad Falcidiam* &c. Item: *quartæ ſolius.*

Lib. XXXVI. Tit. 3.

Ut legat. ſeu fideicommiſſ. cauſ. cav.

L. 41. de Judic. Ubi: in omnibus b. f. judiciis eum, qui ſub conditione, vel in diem, debet, ad cautionem præſtandam compelli poſſe. Ibi: *in omnibus b. f. judiciis, ſi agat aliquis ad interponendam cautionem, condemnatio fit.*

Lib. XXXVI.

Lib. XXXVI. Tit. 4.

Ut in possess. legat. vel fideicommiss. serv. caus. esse lic.

L. 5. §. 3. h. t. Unde: creditorem, ex primo decreto in possessionem missum, non præferri ei, qui postea mittitur, sed omnes æquali jure uti. Ibi: *qui prior missus est, non præfertur ei, qui postea mittitur, sed simul omnes æqualiter tuemur.*

Lib. XXXVII. Tit. 6.

De

Collatione bonorum.

L. 5. §. 1. de dot. collat. Unde: pecuniæ conferendæ usuras non similiter, nisi post moram venire in collationem. Ibi: *moram collationi fecit, viri boni arbitratu cogetur usuras quoque dotis conferre.*

L. 1. §. 12. h. t. Unde: non præcise ipsam speciem in natura, sed pretium saltem, conferri debere. Ibi: *Sed & si tantum forte remittat, quantum ex collatione habere debet, dicendum est, satis contulisse videri.*

Lib. XXXVII. Tit. 7.

De

Collatione dotis.

L. 18. C. fam. ercisc. Unde: donationem simplicem non conferri. Ibi: *præcipuas adjudicari.* *Conf. L. 20. §. 1. in fin. C. de Collat.* Ibi: *eo quod simplex donatio non aliter confertur, nisi hujusmodi legem donator imposuerit.*

L. 1. §. 16. de Collat. bon. Ubi: ea, quæ dignitatis nomine liberi a parentibus acceperunt, non esse conferenda. Ibi: *dignitatis nomine* &c. *non esse cogendum.*

Lib. XXXIIX. Tit. 1.

De

Operis libertorum.

L. 18. h. t. Unde: libertum operas fabriles suo victu præstare debere. Ibi: *suo victu vestituque operas præstare debere.*

L. 31.

L. 21. eod. Unde: libertum operas officiales victu patroni præstare. Ibi: *sumtu scilicet & vestitu patroni.* Nota argumentum a libertis ad rusticos.

Lib. XXXIIX. Tit. 9.
Unde Cognati.

L. 2. §. 1. de suis & legit. hæred. Unde: agnatos cognatosque non ad decimum tantum gradum, sed in infinitum ab intestato succedere. Ibi: *deinceps cæteri in infinitum.*

Lib. XXXIX. Tit. 1.
De
Operis novi nunciatione.

L. 5. §. 14. h. t. Ubi: eum, qui opus novum nunciat, ante omnia jurare debere de calumnia, eoque non facto, nunciationem finiri. Ibi: *qui opus novum nunciat, jurare debet, non calumniæ caussa opus novum nunciare.*

L. un. C. h. t. Ubi: facta novi operis nunciatione, nunciatum per tres menses acquiescere debere, iis vero elapsis, nec interea probato jure nunciantis, in opere cœpto pergere posse, modo prius idonee caveat, ut, si non recte ædificaverit, omne opus suis sumtibus destruat. Ibi: *intra trium mensium spatium caussam dirimere.* Item: *opus efficere, prius fidejussore ab eo dato, ut, si non recte ædificaverit,* &c.

Lib. XXXIX. Tit. 2.
De
Damno infecto.

L. 7. pr. h. t. Ubi: eum, qui petit cautionem de damno infecto, prius jurare debere de calumnia. Ibi: *jubebo ei, qui juraverit, non calumniæ caussa id se postulare.*

L. 6. h. t. Ubi: cautione de damno infecto non petita, si ædes corruerint, nullam dari actionem, ne quidem ad rudera tollenda. Ibi: *evenit, ut nonnunquam in damno dato nulla competat nobis actio, non interposita ea cautione, veluti si vicini ædes ruinosæ in meas ædes ceciderint, adeo ut plerisque placuerit, nec quidem cogi eum posse, ut rudera tollat, modo omnia pro derelicto habeat.*

L. 24. §. ult. eod. Unde: quemlibet suæ utilitati inservire, v. c. venas putei mei præcidere posse, modo non tam alte fodiat in meo, ut mihi noceat. Ibi: *neque enim existimari, operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua jure meo usus sum; si tamen tam alte fodiam in meo, stipulatio committetur.*

L. 6. C. de bon. auct. jud. poss. Unde: creditorum uno ex primo decreto in possessionem bonorum debitoris immisso, reliquos etiam eodem jure immissos intelligi, sive unius creditoris immissionem etiam alteri prodesse ad effectum consequendi pignoris prætorii, modo omnes sint ejusdem tituli, v. c chirographarii. Ibi: *pro rata debiti quantitate omnibus consuli potest.* Secus est in immissione ex caussa judicati, *L. ult. C. eod.* Ubi missio alterius alteri non proficit.

Lib. XXXIX. Tit 3.
De
Aqua & aqu. pluv. arc.

L. 2. §. 5. in fin. h. t. Unde: toties ex æquitate adversus alterum competere actionem, quoties factum mihi prodesse potest, & alteri non nocet. Ibi: *hæc æquitas suggerit, etsi jure deficiamur.*

Lib. XXXIX. Tit. 4.
De
Publicanis & Vectigalibus.

L. 2. C. de Vectig. & commiss. Ubi: pœnam commissi, elapso quinquennio, cessare. Ibi: *neque commissum, quod ante quinquennium factum dicitur, vindicari potest.* Idem extendendum est ad jus detractus.

L. 9. §. 5. h. t. Ubi: publicanos ob violentiam in quadruplum conveniri, præterea extra ordinem plecti posse. Ibi: *per vim vero extortum cum pœna tripli restituitur, amplius extra ordinem plectuntur.*

Lib. XXXIX. Tit. 5.
De
Donationibus.

L. 35. §. 4. C. h. t. Unde: etiam omnia bona valide donari posse. Ibi: *si quis universitatis faciat donationem.*

L. 3. C. de donat. quæ sub modo. Unde: ita donari posse, ut post tempus res donata in alium conferatur, hoc effectu, ut tertius ille habeat actionem personalem. Ibi: *utilem actionem juxta donatoris voluntatem competere.*

L. 34. pr. & §. 3. C. h. t. Ubi: donationem, inter vivos 500. solidos excedentem, eamque judici non insinuatam, ratione excessus non valere; valere vero plures donationes, quamvis simul sumtæ eam summam excedant, pr. Ibi: *hoc, quod superfluum est, tantummodo non valere.* Et §. 3. Ibi: *nobis caussa placuit humanior, ut & multæ intelligantur, & omnes validæ.*

L. 31. C. h. t. Unde: ad instrumentum notariatus sufficere subscriptionem notarii, nec necessariam esse testium subscriptionem, modo notarius in ipso instrumento testes commemorarit. Ibi: *si forte per tabellionem scribantur & sine testium subnotatione valere præcipimus.*

L. 1. C. h. t. Unde: traditione instrumentorum, continentium jus & titulum donatoris in re donata v. c. instrumentorum emtionis, derer alten Kauff-Brieffe, dominium rei donatæ in donatarium transferri. Ibi: *instrumentis traditis & ipsorum mancipiorum traditionem factam intelligis, & ideo potes adversus donatorem in rem actionem exercere.* Quod exemplum est fictæ traditionis.

L. 1. C. de Jur. dotium. Unde: toties donatorem teneri ad præstandam evictionem; quoties traditionem rei donatæ præcessit promissio. Ibi: *evictare, si promissio fuerit interposita, gener ex stipulatione agere potest.*

L. ult. C. de revocat. donat. Ubi: donationem inter vivos ob ingratitudinem donatarii & quidem ex quinque caussis, iisque solis revocare posse, Ibi: *si non ingratus circa donatorem inveniatur, ita, ut* &c. Item ibi: *ex his tantummodo caussis.* Nota, ex totidem caussis privilegia, titulo lucrativo data, revocari posse.

Lib. XLI. Tit. 2.

De Acquirend. vel amittend. possessione.

L. 29. §. 1. ad L. A. Unde: possessori competere jus propria auctoritate resistendi contra turbantem. Ibi: *jure suo posse eum intercidere.* Confer.

L. 5.

L. 5. C. de Jure Fisc. Unde: idem jus resistendi competere contra judicem. Ibi: *etiamsi Officiales ausi fuerint* &c.

L. ult. C. h. t. Unde: per procuratorem, servum, colonum, etiamsi derelinquant fundum, non amitti possessionem. Ibi: *nihil penitus domino præjudicii generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat.* Secus est, quando quæritur de possessione acquirenda, tum enim negligentia procuratoris, servi, coloni, domino nocet. Ibi: *hoc etenim tantum sancimus, ut dominus nullo modo discrimen sustineat, non ut etiam lucrum sibi per eos acquirat.*

Lib. XLI. Tit. 3.

De Usurpationibus & usucapionibus.

L. 7. h. t. Unde: in materia usucapionis diem ultimum cœptum haberi pro completo. Ibi: *qui cœpit, hora VI.* &c. *implet usucapionem.*

Auth. malæ fidei C. de præscript. long. temp. Unde: malam fidem autoris nocere successori etiam singulari, ut hic non decem, aut viginti, sed triginta demum annis usucapere possit. Ibi: *malæ fidei possessore alienante, cessat longi temporis præscriptio, spectatur ergo triginta annorum defensio.*

Lib. XLI. Tit. 5.

Pro emtore.

L. 8. h. t. Ubi: eum, qui a luxurioso, & scortis dare solito, emit, non posse usucapere. Ibi: *is, qui a luxurioso & protinus scorto daturo pecuniam emit, non usucapiet.*

Lib. XLI. Tit. 7.

Pro donato.

L. 31. pr. de usucap. Ubi: errorem juris non parere usucapionem. Ibi: *nunquam in usucapionibus juris error possessori prodest.*

Lib. XLI. Tit. 11.

Pro suo.

L. 3. pr. h. t. Unde: supervenientem scientiam rei alienæ tunc

demum usucapionem interrumpere, si distincte sciat, cujus res illa sit, & quidem certo, non confuse. Ibi: *sin vero, cum scires & posses, non feceris certiorem, contra esse, tunc enim clam possedisse videberis.*

Lib. XLII. Tit. I.

De
Re judicata.

L. 59. §. ult. h. t. Unde: sententiam in mortuum latam esse ipso jure nullam. Ibi: *non valet sententia, quia morte rei peremtorium solvitur.*

L. un. C. de sent. quæ pro eo, quod interest &c. Unde: interesse per sententiam toties extendi posse in infinitum; quoties agitur de re incertæ æstimationis v. c. facto aut possessione; toties vero ultra duplum produci non posse, quoties species vel quantitas petitur. Ibi: *in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, dupli quantitatem minime excedere; in aliis vero casibus, qui incerti esse videntur,* &c. item: *non solum in damno, sed etiam in lucro.*

L. 4. C. h. t. Ubi: regulariter sententiam ob instrumenta noviter reperta retractari non posse. Ibi: *sub specie novorum instrumentorum res judicatas restaurari exemplo grave est.*

L. 1. C. si plur. un. sent. Unde: plures per sententiam condemnatos regulariter non in solidum, sed solum pro rata teneri. Ibi: *effectus sententiæ pro virilibus portionibus discretus est.*

L. 15. § 2. h. t. Ubi: executionem rei judicatæ primo fieri debere in mobilia, atque, his non sufficientibus, in immobilia, denique in subsidium in nomina. Ibi: *primo res mobiles, quarum pretium si non suffecerit, etiam soli, quod si nec, quæ soli sunt, sufficiant, tunc pervenietur etiam ad jura.*

L. 33. de re judic. Unde: contra sententiam ex falsis attestatis vel instrumentis latam competere restitutionem in integrum. Ibi: *in integrum restitue.* Qualem? civilem, ibi: *Divus Hadrianus,* atque adeo perpetuam, h. e. demum triginta annis præscriptibilem.

L. 42. h. t. Ubi: judicem sententiam semel latam non quidem corrigere, declarare vero, immo & eodem die accessoria supplere posse. Ibi: *rescindere non posse, reliqua autem, quæ ad consequentiam pertinent, debere supplere, sc. eodem die.*

N. 139. c. 9. Ubi: mulieres ob executionem sententiæ a carceribus esse

esse immunes. Ibi: *nullam mulierem aut in carcerem mitti concedimus, aut a viris custodiri.*

Lib. XLII. Tit. 2.

De
Confessis.

L. 6. §. 3. h. t. Unde: confessionem debere fieri, præsente adversario. Ibi: *si quis, absente adversario, confessus sit, videndum, numquid non debeat pro judicato haberi.*

L. pen. C. de lib. causs. Unde: confessionem factam in hoc judicio nocere confitenti etiam in alio judicio. Ibi: *voce propria apud aliud judicium patuerat.* Exemplum est in eo, qui stuprum fassus est coram judice seculari; nam huic prædicta confessio similiter deinceps nocet in judicio Ecclesiastico, ubi quæritur de matrimonio.

L. ult. C. de accusat. Unde: regulariter quem de socio non esse interrogandum. Ibi: *nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena.*

Lib. XLII. Tit. 3.

De
Cessione bonorum.

L. 2. C. de exact. tribut. Unde: ob tributa neminem pœna carceris plecti posse, cæteroqui debitorem tributorem contumacem secure custodiri posse. Ibi: *nemo carcerem &c. expavescat, si quis hac indulgentia ad contumaciam abutatur, contineatur aperta & libera custodia militari.* Sententia igitur prædictæ Legis hæc est: debitorem tributorem non quidem carcere puniri, custodia tamen coërceri posse.

Lib. XLII. Tit. 9.

De
Reb. aut. jud. poss.

L. 16. h. t. Unde: si plures emere velint, præferri (1) creditorem, (2) cognatum; inter creditores vero eum, cui major pecunia debetur. Ibi: *potior habetur creditor, cognatusve, magis tamen creditor, quam cognatus, & inter creditores potioris, cui major pecunia dabitur.*

L. 9. §. 5. eod. Unde: creditorem immissum latam tantum culpam præstare oportere. Ibi: *apparet, eum non teneri, quia dolo malo caret.*

Lib. XLII. Tit. 6.

De

Privileg. creditor.

L. 1. C. in quib. cauf. pign. Ubi: omnia bona fisco tributorum nomine esse obligata. Ibi: *universa bona.*

Lib. XLII. Tit. 6.

De

Separationibus.

L. 1. §. 13. h. t. Ubi: beneficium separationis intra quinquennium post aditam hæreditatem petendum esse. Ibi: *ut ultra quinquennium post aditionem numerandum separatio non postuletur.*

Lib. XLII. Tit. 7.

De

Curatore bon. dand.

L. 2. §. 4. h. t. Unde: creditorem sive unum ex creditoribus posse fieri curatorem bonorum. Ibi: *nec omnimodo creditorem esse oportet eum, qui curator constituitur.* Ex quo tamen vulgo male colligitur, unum ex creditoribus etiam curatorem litis esse posse, namque distincta sunt utriusque curatoris officia, neque ab altero ad alterum argumentari licet.

Lib. XLII. Tit. 8.

Quæ in fraud. cred.

L. 6. §. 11. h. t. Unde: contra possessorem ex titulo lucrativo v. c. donatarium, actionem Paulianam competere, quamvis ipse fraudis non sit particeps. Ibi: *si cui donatum est, non esse quærendum, an sciente eo gestum sit, sed hoc tantum, an fraudentur creditores.*

L. 10. §. pen. ibid. Unde: actionem Paulianam etiam post annum competere contra possessorem, in quantum factus est locupletior. Ibi: *post annum de eo, quod ad eum pervenit.*

Lib. XLIII.

Lib. XLIII. Tit. 2.

Quorum bonorum.

L. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. Ubi: hæredi in testamento nullo vitio visibili laborante scripto competere remedium civile ex hac Lege contra possessorem hæreditatis ad adipiscendam ejusdem possessionem. Ibi: *ut si testamentum ostenderit, neque ex quacunque sua forma parte vitiatum, mittatur in possessionem.*

Lib. XLIII. Tit. 5.

De Tab. exhib.

L. 3. §. 15. h. t. Unde: eum, qui æstimationem recepit, deinceps rem ipsam ab eodem petere non posse, posse vero ab alio. Ibi: *si hæres præstitit, exceptione doli repellendum; si alius, repelli non oportent.*

Lib. XLIII. Tit. 16.

De Vi & vi armata.

L. ult. C. Unde vi. Unde: hodie interdictum Unde vi, etiam contra eum, qui vacuam alterius possessionem intravit, competere. Ibi: *sancimus talem possessorem uti prædonem intelligi & generali jurisdictione ea teneri, quæ pro restituenda possessione veteribus declarata sunt legibus.*

Lib. XLIII. Tit. 20.

De Aqua quotid. & æstiv.

L. 1. §. 4. h. t. Unde: in judicio possessorio summario unum etiam actum possessorium sufficere, atque adeo eum quoque vincere, qui unicum actum possessorium exercuerit. Ibi: *vel una die vel nocte,* item: *etsi aliquo momento temporis ducta sit.*

Lib. XLIII.

Lib. XLIII. Tit. 26.

De

Precario.

L. 8. §. 3. & 6. h. t. Ubi: eum, qui precario possidet, sive precariatium regulariter præstare culpam tantum latam, *§. 3.* Ibi: *culpam tamen dolo proximam*, & §. *6.* Ibi: *culpam latam duntaxat*, post moram etiam levem, Ibi: *post interdictum & culpam & omnem caussam venire.*

Lib. XLIII. Tit. 33.

De

Salviano Interdicto.

L. 1. pr. & §. 1. h. t. Unde: Interdictum Salvianum sc. utile, etiam contra tertium competere. Ibi: *adversus extraneum.*

Lib. XLIV. Tit. 2.

De

Exceptione rei judicatæ.

L. 9. §. 1. h. t. Unde: actore probante dominium, non probante possessionem rei, sententiam ferendam declaratoriam ratione dominii, & pro reo ratione possessionis absolutoriam, ita tamen, ut, si deinceps reus possessionem sit consecutus, sententia pro actore executioni mandari queat. Ibi: *si actori iterum petenti objiciatur exceptio rei judicatæ, replicare eum oportere de re secundum se judicata.*

Lib. XLIV. Tit. 5.

Quarum rerum actio non datur.

L. 2. §. 1. h. t. Ubi: eum, qui a me rem emit, ut ludam, evicta ea re, adversus te de evictione experiri non posse. Ibi: *si in alea vendam rem, ut ludam, &, evictâ re, conveniar, exceptione summovebitur emtor.*

Lib. XLIV.

Lib. XLIV. Tit. 6.

De

Litigiosis.

L. 2. C. h. t. Unde: (1) in actionibus personalibus rem litigiosam fieri per litis contestationem. Ibi: *lite pendente.* (2) rem litigiosam in actionibus realibus eam dici, cum lis est de dominio. Ibi: *res pro quibus* &c. & *Auth. antecedente*, ibi: *res pro quibus litigiosa res est, de cujus dominio caussa movetur.*

Nov. 112. c. 1. Ubi: in actionibus realibus rem litigiosam fieri per citationem. Ibi: *aut per judiciariam conventionem.*

L. ult. h. t. Ubi: eum, qui rem litigiosam Deo dedicat, puniri duplo, ita, ut dedicatio quidem valeat, duplum vero præstandum sit adversario. Ibi: *dupli pœnam patimur*, item: *magis adversario.*

L. ult. C. h. t. Ubi pœna alienationis rei litigiosæ prolixe traditur.

Lib. XLV. Tit. 1.

De

Verborum Obligationibus.

L. 45. in fin. solut. matrim. Unde: stipulationem ab aliquo caussæ favorabili v. c. piæ, item dotis nomine factam valere. Ibi: *utilem actionem, favore enim nuptiarum & maxime propter affectionem personarum, ad hoc decurrendum est.*

L. 51. junct. L. 91. pr. h. t. Unde: promissorem in puncto stipulationis etiam levem culpam præstare, non tamen in omittendo, *L. 51.* Ibi: *sufficit enim, si dolo, culpave, careat*, & *L. 91.* Ibi: *non in non faciendo, quod magis probandum est.*

Lib. XLV. Tit. 2.

De

Duob. reis constit.

L. ult. C. h. t. Unde: interpellationem præscriptionis factam ab uno correo credendi etiam interrumpere, quod ad alias. Ibi: *aliorum devotionem vel agnitionem vel ex libello admonitionem aliis debitoribus prajudicare & aliis prodesse creditoribus.*

Lib. XLVI. Tit. 1.

De

Fidejussor. & Mandat.

L. 52. § 2. h. t. Unde: eum, qui pro colono fidejussit, etiam ob dotes prædiorum, i. e. inventarium teneri. Ibi: *etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri.*

Lib. XLVI. Tit. 3.

De

Solut. & liberat.

L. 3. & 5. pr. h. t. Unde: in dubio solutum intelligi (1) in duriorem caussam, *L. 3. pr.* Ibi: *in duriorem caussam.* (2) in purum debitum potius, quam in diem, *L. 3. §. 1.* Ibi: *id videtur solutum, cujus dies venit.* (3) in antiquius, *L. 5. pr. in antiquiorem.*

L. 3. C. de Apoch. publ. Ubi: ex apochis trium annorum continuorum præsumi solutionem in præteritum. Ibi: *si trium cohærentium sibi annorum apochas protulerit, superiorum annorum apochas non cogatur ostendere.*

Lib. XLVI. Tit. 7.

Judicatum solvi.

L. 5. §. 6. h. t. Unde: fidejussorem condemnatum expensas non repetere. Ibi: *sumtus tamen litis minime petent.*

Lib. XLVII. Tit. 8.

De

Vi bonorum raptor.

L. 4. §. 3. h. t. Unde: turbam sive tumultum non intelligi aliter, quam confluentibus minimum decem personis. Ibi: *si plures fuerunt decem aut quindecim, turba dicetur.*

Lib. XLVII.

Lib. XLVII. Tit. 9.

De

Incend. ruin.

L. 9. junct. L. 11. h. t. Unde: ob latam culpam infligi posse pœnam corporalem, puta fustigationem, *L. 9.* Ibi: *levius castigatur.*

Lib. XLVII. Tit. 10.

De

Injur. & fam. libell.

L. 32. h. t. Unde: injuriam etiam a persona publica, veluti magistratu, fieri posse Ibi: *nec magistratibus licet aliquid injuriose facere;* item: *injuriarum potest conveniri.*

Lib. XLVII. Tit. 11.

De

Extraord. crimin.

L. 9. h. t. Unde: scopelismum i. e. lapidum positionem, etiam capite puniri. Ibi: *usque ad pœnam capitis.*

Lib. XLVII. Tit. 23.

De

Popularibus Action.

L. 12. pr. de V. S. Unde: in actionibus popularibus pœnam regulariter pertinere ad actorem. Ibi: *postea esse.*

Lib. XLVIII. Tit. 1.

De

Publicis judiciis.

L. 7. h. t. Unde: omnia delicta publica infamare, Ibi: *ex eo, quod judicii publici caussam habuit.* Secus est in delicto privato, quod non infamat aliter, quam si actio civilis itidem infamat. Ibi: *nisi crimen ex ea actione fiat, quæ etiam in privato judicio infamiam importat.*

Lib. XLVIII. Tit. 2.

De

Accusat. & inscript.

L. 7. §. 2. h. t. Unde: eum, qui ab uno crimine absolutus est, ab alio de eodem accusari non posse, scilicet regulariter. Ibi: *Criminibus, quibus quis liberatus est, non debet præses pati eundem accusari.*

L. ult. C. de probat. Ubi: in processu criminali probationes requiri evidentiores. Ibi: *indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus.*

L. 19. de pœn. Unde ipsummet judicem ex officio, reo non flagitante, copiam indiciorum inquisitionalium dare debere. Ibi: *& qui cognoscit, debebit de nocentia eorum quærere.*

L. 1. C. de requirend. reis. Ubi: absente reo, in gravi crimine ejus bona esse annotanda. Ibi: *cum absenti reo gravia crimina intendantur, sententia festinari non solet, sed adnotare, ut requiratur.*

Lib. XLVIII. Tit. 4.

Ad Leg. Jul. Majest.

L. 35. de religios. Unde: filium, qui patrem hostili agmine patriam oppugnantem, occiderit, præmio afficiendum esse. Ibi: *sine scelere etiam præmio afficiendum omnes constituerunt.*

Lib. XLVIII. Tit. 5.

Ad L. Jul. de adult.

L. 34. C. h. t. Unde: adulterium etiam præsumtionibus probari posse, modo sint urgentissimæ. Ibi: *manifesta fide atque indiciis evidentibus.* Conf. *Auth.* si quis ei. *C. eod.*

Lib. XLVIII. Tit. 8.

Ad L. Corn. de sicar.

L. 38. §. 5. de pœn. Unde: nonnulli colligunt, fœminas Jure Civili non esse homines. Ibi: *mulier aut homo.* Sed intelligendum est vocabulo hominis intelligi fœtum in utero constitutum. Nota, ex eadem

dem §. id probari, quod interdum etiam culpa lata sufficiat ad pœnam capitis. Ibi: *etsi dolo non faciant, summo supplicio afficiuntur.* Exemplum ibidem propositum est de poculo amatorio.

L. 1. C. h. t. Unde: solum nocendi animum sufficere ad pœnam gladii in homicidio. Ibi: *crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat.*

Lib. XLVIII. Tit. 9.
Ad L. Cornel. de fals.

L. un. C. de mutat. nom. Unde: licitam esse nominis sui mutationem, modo fiat sine fraude & damno alterius. Ibi: *mutare nomen sine aliqua fraude, minime prohibetur.*

L. 32. h. t. Unde: eum, qui per pondera alterum decepit, teneri ad duplum. Ibi: *dupli condemnatur.*

Lib. XLVIII. Tit. 11.
Ad Leg. Jul. Repetundar.

L. 2. §. ult. de condict. ob turp. causs. Unde: judici ne quidem in bona caussa pecuniam accipere licere, ita quidem, ut dans litem perdat. Ibi: *hic quoque crimen contrahitur; judicem enim corrumpere videtur* &c. *litem perdere* &c. *condictioni locum esse.*

L. ult. C. h. t. Unde: judicem, ne quidem deposito officio, accipere posse. Ibi: *nihil penitus tam in administratione, quam post depositum officium.*

Lib. XLVIII. Tit. 12.
Ad Leg. Jul. de annon.

L. ult. §. 1. h. t. Unde: magistratum inferiorem non posse annonæ pretium statuere. Ibi: *jus non esse ordini cujusque civitatis pretium grani, quod invehitur, statuere.*

Lib. XLVIII. Tit. 13.
Ad Leg. Jul. peculatus.

L. 7. h. t. Ubi: crimen peculatus præscribi quinquennio. Ibi: *peculatus crimen ante quinquennium admissum objici non potest.*

ſtam remittendæ pœnæ cauſſam. Ibi : *nec morbo ejus danda eſt venia.* Intellige, quod ad ipſam pœnam, non quod ad ejus executionem, nam hæc ſuſpendenda eſt, donec intermiſerit furor.

L. ad beſtias. 31. h. t. Unde : inſigne officium a pœna ordinaria, conſulto tamen principe, liberare. Ibi : *ſi ejus roboris, vel artificii ſint, ut digna populo Romano exhibere poſſint, principem conſulere debet*, conf. *L. 5. §. ult. de re milit.* Unde merita publica quoque mitigationem pœnæ mereri. Ibi : *poſſe ei parci. D. Hadrianus reſcripſit.*

Lib. XLVIII. Tit. 20.

De

Bonis damnatorum.

L. 6. h. t. Ubi : panniculariа, i. e. veſtimenta eorum, qui ad ſupplicium ducuntur, deberi præſidi, qui eadem officialibus ſuis aſſignat. Ibi : *panniculariа ſunt ea* &c. *debent ad ea ſervari, qua L. præſidum ſolent erogari.*

Lib. XLIX. Tit. 1.

De

Appell. & relat.

L. 2. C. ſi un. ex plurib. Ubi : ſi plures condemnati ſint, unius appellationem cæteris quoque prodeſſe. Ibi : *et quoque prodeſt, qui non appellaverit.*

L. un. C. ſi de moment. poſſ. Unde : appellationem, ut & cætera remedia ſuſpenſiva contra ſententiam in poſſeſſorio ſummariſſimo latam eſſe inadmiſſibilia, unjuláſiig. Ibi : *etſi appellatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effectum.*

L. 4. C. de temp. appell. Unde : appellationem a ſententia definitiva ex aliis etiam cauſſis, quam quæ in ipſa appellationis ſchedula adductæ ſunt, juſtificari poſſe. Ibi : *novis etiam aſſertionibus utendi.* Nota, hanc legem a DD. vocari roſam inter ſpinas.

L. 19. C. h. t. Unde : eum, qui frivole appellat, fieri infamem. Ibi : *ſuperatus ſi injuſte appellare videbitur, lite perdita, notatus abſcedet.*

Lib. XLIX.

Lib. XLIX. Tit. 2.

A quib. appell. non lic.

L. ult. §. ult. C. de temp. appell. Unde: appellationi aliisque quibuscunque remediis suspensivis extra judicium per pactum renunciari posse, quæ quidem valde utilis & creditoribus maxime notanda cautela est. Ibi: *si partes inter se, scriptura interveniente, paciscendum esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum fatale observare, eorum pactionem firmam esse, censemus.*

Lib. XLIX. Tit. 4.

Quando appell.

L. ult. §. ult. h. t. Unde: tempus interponendæ appellationis esse utile ratione initii, atque adeo non currere nisi scienti. Ibi: *ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronunciatum est.*

Lib. XLIX. Tit. 5.

De Appell. recipiend.

L. 1. C. quorum appell. non recip. Unde: contumacem non appellare, seu ejus, qui in contumaciam condemnatus est, appellationem non esse recipiendam. Ibi: *ejus, qui per contumaciam absens, appellatio recipi non potest.*

Lib. XLIX. Tit. 6.

De Libellis dimissor.

Clem. 2. de appell. Ubi: apostolos uno contextu i. e. in ipsa appellationis schedula, im Appellation-Zettel, instanter, instantius, instantissime peti posse, ita, ut deinceps iteratio petitionis necessaria non sit, modo prædicta forma fuerit observata. Ibi: *simul uno contextu apostoli instanter & sæpius postulentur.*

Lib. XLIX.

Lib. XLIX. Tit. 14.

De

Jure fisci.

L. 11. §. ult. C. de publican. Unde: fiscum conductores rerum publicarum invitos detinere posse, si maximos fructus perceperint. Ibi: *qui maximos fructus consequuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ex prioribus pensionibus suscipere compelluntur.*

L. 17. §. 5. de usur. Unde: fiscum ex mora non solvere usuras. Ibi: *fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit.*

L. ult. h. t. Unde: emtorem prædii a fisco locati, & deinceps venditi stare debere locationi. Ibi: *colonum quidem percipere eos debere.*

L. 10. h. t. Ubi: in dubio contra fiscum pronunciandum esse. Ibi: *non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile responderit.*

Lib. XLIX. Tit. 15.

De

Captiv. & postlimin.

L. 17. C. h. t. Ubi: redemtum mea pecunia mihi interim pignoris loco esse. Ibi: *tunc demum, cum pretium solverit, statum pristinum recipit* &c. Conf. *L. ult. C. eod.* Ubi eum, qui solvere non potest lytron, per quinquennium ad operas præstandas teneri. Ibi: *opere quinquennis.*

Lib. XLIX. Tit. 16.

De

Re militari.

L. 13. §. ult. h. t. Unde: filium mitius plectendum esse, cum a patre judici offertur. Ibi: *desertorem, qui a patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam D. Pius dari jussit, ne videatur pater ad supplicium obtulisse.*

Lib. L. Tit. 1.

Ad municipalem.

L. 2. §. 2. h. t. Ubi: duobus locis constitui domicilium posse. Ibi: *viris prudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium.*

L. 20. h. t. Ubi: domicilium non nuda conteſtatione, ſed re & facto conſtitui. Ibi: *domicilium re & facto transfertur, non nuda conteſtatione.*

L. 2. C. de incol. Unde: eum, qui ſtudiorum cauſſa in aliquo loco moratur, non videri ibidem conſtituere domicilium, niſi decem annis perſtiterit. Ibi: *nec ipſi, qui ſtudiorum cauſſa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, niſi decem annis transactis.*

Lib. L. Tit. 2.
De
Decurionibus & fil. eor.

L. 11. h. t. Unde: ſenio confectum, i. e. qui exceſſit annum 55. ſenatorem fieri non poſſe, nec minorem. Ibi: *non tantum qui teneri ſed & qui grandes natu ſunt, decuriones fieri prohibentur*; item: *minores viginti quinque annis, neque hi, qui annum 55. excesſerunt.*

L. ult. h. t. Unde: decuriones nec torqueri, nec in metallum damnari poſſe, etiam depoſito officio. Ibi: *non debere quaeſtionem haberi, etiamſi deſierit decurio eſſe.*

L. 8. eod. Unde: decuriones ad paupertatem redactos ex publico alendos eſſe. Ibi: *decurionibus, facultatibus lapſis, alimenta decerni, permiſſum eſt.*

Lib. L. Tit. 4.
De
Munerib. & honor.

L. 16. h. t. Unde: munus, data pecunia, redimi non poſſe. Ibi: *aeſtimationem honoris aut muneris in republica pro adminiſtratione offerentes audiendi non ſunt.*

L. 11. pr. eod. Unde: honores & munera gradatim eſſe deferenda. Ibi: *ut gradatim honores deferantur.*

Lib. L. Tit. 6.
De
Jure immunitatis.

L. 1. §. 2. h. t. Ubi: immunitates, generi & poſteris datas, ad eos, qui ex foeminis nati ſunt, non pertinere. Ibi: *ſed & generi poſteriſque data, ad eos, qui ex foeminis nati ſunt, non pertinere.*

L. 6.

L. 6. C. de Prof. Unde: viduam quoque immunitatem marito datam retinere. Ibi: una cum uxoribus, Conf. *L. 8. & ult. de Senat.* Unde viduam dignitate mariti censeri.

Lib. L. Tit. 7.
De
Legationibus.

L. 1. de Leg. Jul. repetund. Unde: legatos quoque, qui donatas sibi res acceperunt, repetundarum teneri. Ibi: *legatione.*

Lib. L. Tit. 8.
De
Administrat. rer. ad civit.

L. 6. C. h. t. Unde: administratores civitatum teneri de culpa levi. Ibi: *& hoc amplius etiam diligentiam mediam debere.*

L. 7. eod. Unde: patrem teneri pro filio in solidum, si filius volente patre administravit. Ibi: *in solidum patrem teneri.*

Lib. L. Tit. 9.
De
Nundinis.

L. un. C. h. t. Unde: in nundinis neminem prætextu privati debiti conveniri aut arrestari posse. ibi: *ut nullum in mercatibus aut nundinis conveniant, vel sub prætextu privati debiti aliquam ibidem concurrentibus possint molestiam inferre.*

Lib. L. Tit. 12.
De
Pollicitationibus.

L. 13. h. t. Unde: in pollicitatione locum non esse compensationi. ibi: *non pecunias pro his inferri cogi.*

L. 9. h. t. Ubi: hæredem ex pollicitatione ob honorem facta teneri in solidum, ob cœptum opus vero modo ad quintam partem, si sit extraneus; modo ad decimam, si sit filiusfamilias. Ibi: *ob honorem in solidum, ob opus cœptum extraneum in quintam, liberos in decimam teneri.*

Lib. XLIII. Tit. 26.

De

Precario.

L. 8. §. 3. & 6. h. t. Ubi: eum, qui precario possidet, sive precarium regulariter præstare culpam tantum latam, *§. 3.* Ibi: *culpam tamen dolo proximam*, & §. *6.* Ibi: *culpam latam duntaxat*, post moram etiam levem, Ibi: *post interdictum & culpam & omnem caussam venire.*

Lib. XLIII. Tit. 33.

De

Salviano Interdicto.

L. 1. pr. & §. 1. h. t. Unde: Interdictum Salvianum sc. utile, etiam contra tertium competere. Ibi: *adversus extraneum.*

Lib. XLIV. Tit. 2.

De

Exceptione rei judicatæ.

L. 9. §. 4. h. t. Unde: actore probante dominium, non probante possessionem rei, sententiam ferendam declaratoriam ratione dominii, & pro reo ratione possessionis absolutoriam, ita tamen, ut, si deinceps reus possessionem sit consecutus, sententia pro actore executioni mandari queat. Ibi: *si actori iterum petenti objiciatur exceptio rei judicatæ, replicare eum oportere de re secundum se judicata.*

Lib. XLIV. Tit. 5.

Quarum rerum actio non datur.

L. 2. §. 1. h. t. Ubi: eum, qui a me rem emit, ut ludam, evicta ea re, adversus te de evictione experiri non posse. Ibi: *si in alea vendam rem, ut ludam, &, evicta re, conveniar, exceptione summovebitur emtor.*

Lib. XLIV.

Lib. XLIV. Tit. 6.

De
Litigiosis.

L. 2. C. h. t. Unde: (1) in actionibus personalibus rem litigiosam fieri per litis contestationem. Ibi: *lite pendente.* (2) rem litigiosam in actionibus realibus eam dici, cum lis est de dominio. Ibi: *res pro quibus* &c. & *Auth. antecedente*, ibi: *res pro quibus litigiosa res est, de cujus dominio caussa movetur.*

Nov. 112. c. 1. Ubi: in actionibus realibus rem litigiosam fieri per citationem. Ibi: *aut per judiciariam conventionem.*

L. ult. h. t. Ubi: eum, qui rem litigiosam Deo dedicat, puniri duplo, ita, ut dedicatio quidem valeat, duplum vero præstandum sit adversario. Ibi: *dupli pœnam patimur*, item: *magis adversario.*

L. ult. C. h. t. Ubi pœna alienationis rei litigiosæ prolixe traditur.

Lib. XLV. Tit. 1.

De
Verborum Obligationibus.

L. 45. in fin. solut. matrim. Unde: stipulationem ab aliquo caussæ favorabili v. c. piæ, item dotis nomine factam valere. Ibi: *utilem actionem, favore enim nuptiarum & maxime propter affectionem personarum, ad hoc decurrendum est.*

L. 51. junct. L. 91. pr. h. t. Unde: promissorem in puncto stipulationis etiam levem culpam præstare, non tamen in omittendo, *L. 51.* Ibi: *sufficit enim, si dolo, culpave, careat*, & *L. 91.* Ibi: *non in non faciendo, quod magis probandum est.*

Lib. XLV. Tit. 2.

De
Duob. reis constit.

L. ult. C. h. t. Unde: interpellationem præscriptionis factam ab uno correo credendi etiam interrumpere, quod ad alias. Ibi: *aliorum devotionem vel agnitionem vel ex libello admonitionem aliis debitoribus præjudicare & aliis prodesse creditoribus.*

Lib. XLVI. Tit. 1.

De

Fidejussor. & Mandat.

L. 52. § 2. h. t. Unde: eum, qui pro colono fidejussit, etiam ob dotes prædiorum, i. e. inventarium teneri. Ibi: *etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri.*

Lib. XLVI. Tit. 3.

De

Solut. & liberat.

L. 3. & 5. pr. h. t. Unde: in dubio solutum intelligi (1) in duriorem caussam, *L. 3. pr.* Ibi: *in duriorem caussam.* (2) in purum debitum potius, quam in diem, *L. 3. §. 1.* Ibi: *id videtur solutum, cujus dies venit.* (3) in antiquius, *L. 5. pr. in antiquiorem.*

L. 3. C. de Apoch. publ. Ubi: ex apochis trium annorum continuorum præsumi solutionem in præteritum. Ibi: *si trium cohærentium sibi annorum apochas protulerit, superiorum annorum apochas non cogatur ostendere.*

Lib. XLVI. Tit. 7.

Judicatum solvi.

L. 5. §. 6. h. t. Unde: fidejussorem condemnatum expensas non repetere. Ibi: *sumtus tamen litis minime petent.*

Lib. XLVII. Tit. 8.

De

Vi bonorum raptor.

L. 4 §. 3. h. t. Unde: turbam sive tumultum non intelligi aliter, quam confluentibus minimum decem personis. Ibi: *si plures fuerunt decem aut quindecim, turba dicetur.*

Lib. XLVII. Tit. 9.

De Incend. ruin.

L. 9. junct. L. 11. h. t. Unde: ob latam culpam infligi posse pœnam corporalem, puta fustigationem, *L. 9.* Ibi: *levius castigatur.*

Lib. XLVII. Tit. 10.

De Injur. & fam. libell.

L. 32. h. t. Unde: injuriam etiam a persona publica, veluti magistratu, fieri posse. Ibi: *nec magistratibus licet aliquid injuriose facere;* item: *injuriarum potest conveniri.*

Lib. XLVII. Tit. 11.

De Extraord. crimin.

L. 9. h. t. Unde: scopelismum i. e. lapidum positionem, etiam capite puniri. Ibi: *usque ad pœnam capitis.*

Lib. XLVII. Tit. 23.

De Popularibus Action.

L. 12. pr. de V. S. Unde: in actionibus popularibus pœnam regulariter pertinere ad actorem. Ibi: *postea esse.*

Lib. XLVIII. Tit. 1.

De Publicis judiciis.

L. 7. h. t. Unde: omnia delicta publica infamare, Ibi: *ex eo, quod judicii publici caussam habuit.* Secus est in delicto privato, quod non infamat aliter, quam si actio civilis itidem infamat. Ibi: *nisi crimen ex ea actione fiat, qua etiam in privato judicio infamiam importat.*

Lib. XLVIII. Tit. 2.

De

Accusat. & inscript.

L. 7. §. 2. h. t. Unde: eum, qui ab uno crimine absolutus est, ab alio de eodem accusari non posse, scilicet regulariter. Ibi: *Criminibus, quibus quis liberatus est, non debet præses pati eundem accusari.*

L. ult. C. de probat. Ubi: in processu criminali probationes requiri evidentiores. Ibi: *indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus.*

L. 19. de pæn. Unde ipsummet judicem ex officio, reo non flagitante, copiam indiciorum inquisitionalium dare debere. Ibi: *& qui cognoscit, debebit de nocentia eorum quærere.*

L. 1. C. de requirend. reis. Ubi: absente reo, in gravi crimine ejus bona esse annotanda. Ibi: *cum absenti reo gravia crimina intendantur, sententia festinari non solet, sed adnotare, ut requiratur.*

Lib. XLVIII. Tit. 4.

Ad Leg. Jul. Majest.

L. 35. de religios. Unde: filium, qui patrem hostili agmine patriam oppugnantem, occiderit, præmio afficiendum esse. Ibi: *sine scelere etiam præmio afficiendum omnes constituerunt.*

Lib. XLVIII. Tit. 5.

Ad L. Jul. de adult.

L. 34. C. h. t. Unde: adulterium etiam præsumtionibus probari posse, modo sint urgentissimæ. Ibi: *manifesta fide atque indiciis evidentibus.* Conf. *Auth.* si quis ei. *C. eod.*

Lib. XLVIII. Tit. 8.

Ad L. Corn. de sicar.

L. 38. §. 5. de pæn. Unde: nonnulli colligunt, fœminas Jure Civili non esse homines. Ibi: *mulier aut homo.* Sed intelligendum est vocabulo hominis intelligi fœtum in utero constitutum. Nota, ex eadem

dem §. id probari, quod interdum etiam culpa lata sufficiat ad pœnam capitis. Ibi: *etsi dolo non faciant, summo supplicio afficiuntur.* Exemplum ibidem propositum est de poculo amatorio.

L. 1. C. h. t. Unde: solum nocendi animum sufficere ad pœnam gladii in homicidio. Ibi: *crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat.*

Lib. XLVIII. Tit. 9.
Ad L. Cornel. de fals.

L. un. C. de mutat. nom. Unde: licitam esse nominis sui mutationem, modo fiat sine fraude & damno alterius. Ibi: *mutare nomen sine aliqua fraude, minime prohibetur.*

L. 32. h. t. Unde: eum, qui per pondera alterum decepit, teneri ad duplum. Ibi: *dupli condemnatur.*

Lib. XLVIII. Tit. 11.
Ad Leg. Jul. Repetundar.

L. 2. §. ult. de condict. ob turp. causs. Unde: judici ne quidem in bona caussa pecuniam accipere licere, ita quidem, ut dans litem perdat. Ibi: *hic quoque crimen contrahitur; judicem enim corrumpere videtur* &c. *litem perdere* &c. *condictioni locum esse.*

L. ult. C. h. t. Unde: judicem, ne quidem deposito officio, accipere posse. Ibi: *nihil penitus tam in administratione, quam post depositum officium.*

Lib. XLVIII. Tit. 12.
Ad Leg. Jul. de annon.

L. ult. §. 1. h. t. Unde: magistratum inferiorem non posse annonæ pretium statuere. Ibi: *jus non esse ordini cujusque civitatis pretium grani, quod invehitur, statuere.*

Lib. XLVIII. Tit. 13.
Ad Leg. Jul. peculatus.

L. 7. h. t. Ubi: crimen peculatus præscribi quinquennio. Ibi: *peculatus crimen ante quinquennium admissum objici non potest.*

ſtam remittendæ pœnæ cauſſam. Ibi : *nec morbo ejus danda eſt venia.* Intellige, quod ad ipſam pœnam, non quod ad ejus executionem, nam hæc ſuſpendenda eſt, donec intermiſerit furor.

L. ad beſtias. 31. h. t. Unde : inſigne officium a pœna ordinaria, conſulto tamen principe, liberare. Ibi : *ſi ejus roboris, vel artificii ſint, ut digna populo Romano exhibere poſſint, principem conſulere debet*, conf. *L. 5. §. ult. de re milit.* Unde merita publica quoque mitigationem pœnæ mereri. Ibi : *poſſe ei parci. D. Hadrianus reſcripſit.*

Lib. XLVIII. Tit. 20.

De

Bonis damnatorum.

L. 6. h. t. Ubi : pannicularia, i. e. veſtimenta eorum, qui ad ſupplicium ducuntur, deberi præſidi, qui eadem officialibus ſuis aſſignat. Ibi : *pannicularia ſunt ea* &c. *debent ad ea ſervari, quæ I. præſidum ſolent erogari.*

Lib. XLIX. Tit. 1.

De

Appell. & relat.

L. 2. C. ſi un. ex plurib. Ubi : ſi plures condemnati ſint, unius appellationem cæteris quoque prodeſſe. Ibi : *ei quoque prodeſt, qui non appellaverit.*

L. un. C. ſi de moment. poſſ. Unde : appellationem, ut & cætera remedia ſuſpenſiva contra ſententiam in poſſeſſorio ſummariſſimo latam eſſe inadmiſſibilia, unzuläßig. Ibi : *etſi appellatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effectum.*

L. 4. C. de temp. appell. Unde : appellationem a ſententia definitiva ex aliis etiam cauſſis, quam quæ in ipſa appellationis ſchedula adductæ ſunt, juſtificari poſſe. Ibi : *novis etiam aſſertionibus utendi.* Nota, hanc legem a DD. vocari roſam inter ſpinas.

L. 19. C. h. t. Unde : eum, qui frivole appellat, fieri infamem. Ibi : *ſuperatus ſi injuſte appellare videbitur, lite perdita, notatus abſcedet.*

Lib. XLIX. Tit. 2.

A quib. appell. non lic.

L. ult. §. ult. C. de temp. appell. Unde: appellationi aliisque quibuscunque remediis suspensivis extra judicium per pactum renunciari posse, quæ quidem valde utilis & creditoribus maxime notanda cautela est. Ibi: *si partes inter se, scriptura interveniente, paciscendum esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum fatale observare, eorum pactionem firmam esse, censemus.*

Lib. XLIX. Tit. 4.

Quando appell.

L. ult. §. ult. h. t. Unde: tempus interponendæ appellationis esse utile ratione initii, atque adeo non currere nisi scienti. Ibi: ***ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronunciatum est.***

Lib. XLIX. Tit. 5.

De
Appell. recipiend.

L. 1. C. quorum appell. non recip. Unde: contumacem non appellare, seu ejus, qui in contumaciam condemnatus est, appellationem non esse recipiendam. Ibi: ***ejus, qui per contumaciam absens, appellatio recipi non potest.***

Lib. XLIX. Tit. 6.

De
Libellis dimissor.

Clem. 2. de appell. Ubi: apostolos uno contextu i. e. in ipsa appellationis schedula, im Appellation-Zettel, instanter, instantius, instantissime peti posse, ita, ut deinceps iteratio petitionis necessaria non sit, modo prædicta forma fuerit observata. Ibi: ***simul uno contextu apostoli instanter & sæpius postulentur.***

Lib. XLIX.

Lib. XLIX. Tit. 14.

De *Jure fisci.*

L. 11. §. ult. C. de publican. Unde: fiscum conductores rerum publicarum invitos detinere posse, si maximos fructus perceperint. Ibi: *qui maximos fructus consequuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ex prioribus pensionibus suscipere compelluntur.*

L. 17. §. 5. de usur. Unde: fiscum ex mora non solvere usuras. Ibi: *fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit.*

L. ult. h. t. Unde: emtorem prædii a fisco locati, & deinceps vendit stare debere locationi. Ibi: *colonum quidem percipere eos debere.*

L. 10. h. t. Ubi: in dubio contra fiscum pronunciandum esse. Ibi: *non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile responderit.*

Lib. XLIX. Tit. 15.

De *Captiv. & postlimin.*

L. 17. C. h. t. Ubi: redemtum mea pecunia mihi interim pignoris loco esse. Ibi: *tunc demum, cum pretium solverit, statum pristinum recipit* &c. Conf. *L. ult. C. eod.* Ubi eum, qui solvere non potest lytron, per quinquennium ad operas præstandas teneri. Ibi: *operæ quinquennii.*

Lib. XLIX. Tit. 16.

De *Re militari.*

L. 13. §. ult. h. t. Unde: filium mitius plectendum esse, cum a patre judici offertur. Ibi: *desertorem, qui a patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam D. Pius dari jussit, ne videatur pater ad supplicium obtulisse.*

Lib. L. Tit. 1.

Ad municipalem.

L. 2. §. 2. h. t. Ubi: duobus locis constitui domicilium posse. Ibi: *viris prudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium.*

L. 20. h. t. Ubi: domicilium non nuda contestatione, sed re & facto constitui. Ibi: *domicilium re & facto transfertur, non nuda contestatione.*

L. 2. C. de incol. Unde: eum, qui studiorum caussa in aliquo loco moratur, non videri ibidem constituere domicilium, nisi decem annis perstiterit. Ibi: *nec ipsi, qui studiorum caussa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transactis.*

Lib. L. Tit. 2.

De

Decurionibus & fil. eor.

L. 11. h. t. Unde: senio confectum, i. e. qui excessit annum 55. senatorem fieri non posse, nec minorem. Ibi: *non tantum qui teneri sed & qui grandes natu sunt, decuriones fieri prohibentur;* item: *minores viginti quinque annis, neque hi, qui annum 55. excesserunt.*

L. ult. h. t. Unde: decuriones nec torqueri, nec in metallum damnari posse, etiam deposito officio. Ibi: *non debere quaestionem haberi, etiamsi desierit decurio esse.*

L. 8. eod. Unde: decuriones ad paupertatem redactos ex publico alendos esse. Ibi: *decurionibus, facultatibus lapsis, alimenta decerni, permissum est.*

Lib. L. Tit. 4.

De

Munerib. & honor.

L. 16. h. t. Unde: munus, data pecunia, redimi non posse. Ibi: *aestimationem honoris aut muneris in republica pro administratione offerentes audiendi non sunt.*

L. 11. pr. eod. Unde: honores & munera gradatim esse deferenda. Ibi: *ut gradatim honores deferantur.*

Lib. L. Tit. 6.

De

Jure immunitatis.

L. 1. §. 2. h. t. Ubi: immunitates, generi & posteris datas, ad eos, qui ex foeminis nati sunt, non pertinere. Ibi: *sed & generi posterisque data, ad eos, qui ex foeminis nati sunt, non pertinere.*

L. 6.

L. 6. C. de Prof. Unde: viduam quoque immunitatem marito datam retinere. Ibi: una cum uxoribus, Conf. *L. 8. & ult. de Senat.* Unde viduam dignitate mariti censeri.

Lib. L. Tit. 7.
De *Legationibus.*

L. 1. de Leg. Jul. repetund. Unde: legatos quoque, qui donatas sibi res acceperunt, repetundarum teneri. Ibi: *legatione.*

Lib. L. Tit. 8.
De *Administrat. rer. ad civit.*

L. 6. C. h. t. Unde: administratores civitatum teneri de culpa levi. Ibi: *& hoc amplius etiam diligentiam mediam debere.*

L. 7. eod. Unde: patrem teneri pro filio in solidum, si filius volente patre administravit. Ibi: *in solidum patrem teneri.*

Lib. L. Tit. 9.
De *Nundinis.*

L. un. C. h. t. Unde: in nundinis neminem prætextu privati debiti conveniri aut arrestari posse. Ibi: *ut nullum in mercatibus aut nundinis conveniant, vel sub prætextu privati debiti aliquam ibidem concurrentibus possint molestiam inferre.*

Lib. L. Tit. 12.
De *Pollicitationibus.*

L. 13. h. t. Unde: in pollicitatione locum non esse compensationi. Ibi: *non pecunias pro his inferri cogi.*

L. 9. h. t. Ubi: hæredem ex pollicitatione ob honorem facta teneri in solidum, ob cœptum opus vero modo ad quintam partem, si sit extraneus; modo ad decimam, si sit filiusfamilias. Ibi: *ob honorem in solidum, ob opus cœptum extraneum in quintam, liberos in decimam teneri.*

Lib. L. Tit. 13.

De

Variis & extraord. cognit.

L. 3. §. 4. & 5. h. t. Ubi: Philosophos & JCtos non habere petitionem salarii §. 4. Ibi: *non putem, quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam spernere*, & §. 5. Ibi: *proinde ne Juris quidem Civilis Professoribus jus dicent.* Item: *quadam tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur.* Conf. *L. 6. de muner. patrim.* Ubi: Philosophus immunitatem a muneribus petens patrimonialibus taxatur.

L. 1. §. 10. & 12. eod. Ubi: advocatum pro singulis caussis plus, quam 100. aureos petere non posse. Ibi: *liciti autem quantitas intelligitur pro singulis caussis, usque ad centum aureos.*

Lib. L. Tit. 14.

De

Proxeneticis.

L. 2. h. t. Unde: proxenetam tantum teneri de culpa lata. Ibi: *si dolo & calliditate creditorem circumvenerit.*

Nov. 90. c. 8. Ubi: quatenus proxeneta possit esse testis.





SUPPLE-

SUPPLEMENTUM

Ad partem poster.

De

USU ACTIONUM POENALIUM.

Th. 11. & 20.

PRo usu actionum pœnalium in foro Germanico haud contemnendum ducitur argumentum ex jure Canonico, quod Juris Germanici portio non postrema merito habetur. In hæc enim verba effatur Eusebius, Pontifex *c. 10. causs. 12. qu. 2.* *In legibus seculi cautum habetur:* qui rem surripit alienam, illi, cujus res direpta est, in undecuplum, quæ sublata sunt, restituat. *Et in lege Divina legitur:* maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus: Amen. *Talia ergo non præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Proinde, si quis Ecclesiasticas oblationes, & quod DEO consecratum est, rapuerit, vel consenserit facientibus, ut sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonice pœniteat.* *Usus actionum pœnalium ex jure Canonico asseritur.*

Ex adverso Gregorius ad Augustinum, Anglorum Episcopum, rescribit *can. seq. 11. ibid.* *Fraternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui, habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alii, qui hac in re ex inopia delinquunt. Unde necesse est, ut quidam damnis, quidam vero verberibus, & quidam districtius, quidam vero levius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore, quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur.* & infra: *Addis etiam, quo augmento ea, quæ furto de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, ut Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere & lucra damnis quærat.*

Alter alteri proprie non contrariatur. Quum alter de severitate legum, alter de ecclesiastica mansuetudine loquatur. Uterque *legibus seculi,*

culi, i. e. civilibus, quæ pœnam dupli & quadrupli dictitant, ſtandum eſſe, præſtruunt: hoc ſaltem diſcrimine, ut alter, ſeveritatem legum ſecutus, easdem ad furtum, eccleſiæ factum, proferendas eſſe, exiſtimet; alter, ſingulari adductus manſuetudine, neget. Exceptio enim, quam in furto, Eccleſiæ facto, commendat Gregorius, cæteroqui regulam facile confirmat. Compara Caſtrenſ. *de Lege pœnali libr. 2. c. 9. pag. 417.* ubi aliam, eamque concinniorem, illorum Juris Canonici contextuum conciliationem affert.



INDEX.

INDEX.

Usus.

præju-

obliga-

(o)

Pag. 20. l. 35. pro *æquipotentia* leg. *æquipollentia*.

